3.A.An

4

EPITHALAMIA

OXONIENSIA.

Academica
Universitetsbiblioteket Uppsala

M.Burghers del.et fecit

OXONII,
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
MDCCXXXIV.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

8 Mk

AUGUSTISSIMO, POTENTISSIMOque,

GEORGIO SECUNDO,

MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ, & HIBERNIÆ

REGI,

PATRI PATRIÆ,

MUSARUM OXONIENSIUM

EPITHALAMIA,

IN

ILLUSTRISSIMORUM PRINCIPUM,

Gulielmi Caroli Henrici

Arauſionenſis,

Annæ*que* Britannicæ,

NUPTIAS,

HUMILLIME D.D.D.

GULIELMUS HOLMES S.T.P.

Coll. Di. Jo. Bapt. Præſes,

& Academiæ Oxon.

VICE-CANCELLARIUS.



AD REGEM.

SUſpenſum *Europæ* Fatum dum Mente revolvit
Cæsar, quæſitum dubius Cui tradere Sceptrum,
Intempeſtivo quis Vates auſit adire
Supplex Obſequio, communi inimica Saluti
Carmina laturus, Muſæ puerilia Dona?
Sed Pietas, ſed Amor Patriæ, ſed læta futuri
Mens præſaga Boni, votivum hunc jure Libellum
Ante Tuos, Rex Magne, Pedes volvêre: Camœnæ
Des importunæ Veniam, ſublimior Ales
Dum tentat pavidis volitare per Ardua Pennis.
Dum tamen Auriaci Laudes, Tua Cura, Togati
Aggredimur Numeris; Annæ dum pingere Dotes
Sumimus; Ut Tenues conamur Grandia! quanta
Deterimus Culpa Ingenii! Quam Gratia Frontis,
Quam præcox Virtus, quam Pectora Laudis avitæ
Æmula Nassovium Gulielmi e Stirpe fatentur,
Et, quem Tu Generum aſciſcas, Rex Maxime, dignum.
O fortunati *Angligenæ*, queis Regia Proles
Tantos conciliat Socios, teneriſque Catenis

Attrahit Heroas! Ter felix BELGIA, ſemper
Fertilis Heroum! Quid non ſpondere licebit
Conjugii ex tanti Auſpiciis? Nihil amplius oret
Qui *Batavis Angliſ*que favet, quam ne videantur
Felices nimium, propria hæc & Dona ſuperſint.

GUL. HOLMES S.T.P.
Coll. Di. Jo. Bapt. Præſes,
& Academiæ *Oxon.*
Vice-Cancellarius.

OXONIENSIA.

REgales celebrat Thalamos dum carmine feſto
Camus, & *Iſiacæ* reſonant Sponſalia Muſæ,
Nondum Lætitiæ ſatis eſt; nam ſola Poetæ
Auditu quæ grata canunt, nec talibus auſis
Sufficient Vatum vires: Te carmine major
Materies, *Thornhille*, vocat; Tu gaudia nobis
Pulchra etiam aſpectu reddes, ſuccoque potenti
NASSAVÆ Heroas pinges longo ordine Gentis,
Conjugiique novam Pompam. Quæ digna Poetis
Argumenta, eadem quoque Te Pictore fruantur.
Ergo age, & æternæ da fundamenta Tabellæ
Subtili incipiens digito; atque in limine primo
AURIACÆ paſſim ſurgant Primordia Famæ.
Ploranti ſimilis Natorum funera ſciſſo
Crine gemat Mater, manibus poſt terga revinctis,
BELGIA; correptis ſuccurrant ilicet armis
Plurimus hinc illinc GULIELMUS, Et undique pulſos
Hiſpanos Galloſque premant duo Fulmina belli,
MAURITIUS, FREDERICUSque. --Hic Diademata ponas,
Sceptraque; florentes illic in ſæcula Lauros,
Et famæ monumenta, immortaleſque Triumphos.
Parte alia ignavos abigat NASSOVUS *Hybernos:*
Horrendum ſubitis fument confuſa ruinis
Oppida, ſulphureoque everſi turbine muri;
Scuta virum, galeaſque imo dum gurgite volvens
Boynia ſanguineis decurrit decolor undis.
Hic ſuprà partam plaudens *Victoria* Palmam,
Et *Pax* alma ſacræ ramum prætendat Olivæ.
Fama Tuba properet, juxtaque exoſa Tyrannos
Libertas. --- Procul O! Procul hinc *Diſcordia* demens
Vipereos laceret crines, & mandat inani
Dente *Furor* manicas; doleat dum vincta Catenis
Ignati Soboles, aliis quas ſæva parâſſet.
Cautius hinc Calamum, & vivos diſtende Colores
Eximio Fuci tractu; nova penſa Laborem
Egregium poſcunt; pingendus arundine fida
GEORGIUS: Olli ardens & Majeſtate verenda
Frons micet, ac Vultus lætos oſtentet honores,
Et nova pertentent CAROLINÆ Gaudia Pectus,
Dum Socer aſciſcat Generum, Dum GEORGIUS ANNAM
AURIACO tradat Juveni. Media *Ille* Tabella

Emicet insignis: dignum Virtutis avitæ
Hæredem exornent *Charites*, studiisque *Minervæ*
Omnibus excultum pulchræ det BELGIA Sponsæ.
ANNA manum extendat niveam; --- Sed siste parumper,
Siste opus; audaci poterisne effingere succo
Ingenuos vultus, & eburnea Pectora; pulchram
Cæsariem, aut Oculos? --- O cæpto parce Labori,
Pictor, *Apellæus* ne Te quoque luserit Error,
Pulchrior & subitos *Campaspe* afflârit amores!
Talis *Threicios* lustravit *Delia* saltus;
Talis cæruleo emersit *Dea Cypria* ponto,
Nereidum comitata choro; pulcherrima qualis
ANNA nitet, qualis Nymphas supereminet omnes.
At felix operis si finem imponere Chartæ
Jam cupias, adsint Tædis lucentibus omnes
*Dii*que, *Deæ*que, quibus sunt Vinc'la jugalia Curæ.
Mille pharetrati *Venerem* comitentur *Amores*,
Et properet multos felix *Hymenæus* in annos:
Venturo, peragunt triplices dum pensa *Sorores*,
Lætentur sæc'lo; Laudesque, & Facta Nepotum
Præcipiant, surgit major dum Gloria Genti
AURIACÆ, æternumque viresçit Fama per Ævum.

Heneag. Finch Dominus *Guernsey*
Hon. Dom. Comitis de *Aylesford* Filius unicus,
è Coll. Univ.

QUÆ quondam festas lætæ instituere Choreas,
Cum pulchram in thalamos duxit *Nereida Peleus*,
Nunc iterum fundo maris *Oceanitides* imo
Emergant Nymphæ; similem instaurare triumphum
Approperent, renoventque pari spectacula pompa.
REX Britonum blandæ nectit connubia Natæ,
Et thalami magno AURIACUM dignatur honore;
Ore ciete modos lepidos, *Nereia* turba,
Certatim & Divam vestram lustrate Choreis.
Et vos, O *Britones*, querulas incidite lites,
Absit jam metus omnis, & illætabile murmur;
Solenni festam hanc lucem celebrate triumpho,
Et Regi unanimes, apto qui fœdere talem
Adscivit Generum, dignas persolvite grates.

NAS-

OXONIENSIA.

NASSAVOS dudum in duris defenſa periclis
Claravit pugiles Libertas; omnibus arſit
Idem animus leges, & civica jura tueri,
Et ſævam miſeris arcere tyrannidis iram.
Conjugio è tali veluti de fonte perenni
Derivata Salus populum per ſæcla beabit.
AUGUSTUS, Patriæ ille Parens, prævidit amico
Hoc animo, & læti ſubeuntem tecta Palati
NASSAVUM affari Solio ſic cæpit ab alto:
"Quis metus *Angligenas* trepidos, quis perculit horror,
" Ne mihi regnandi veniat tam dira libido,
" Ut nihili valeat legum veneranda poteſtas,
" Aut ſit pro jure Arbitrium, pro lege Voluntas?
" Pignora certa petunt tali fore libera ſemper
" Colla jugo? Generum mihi te complexibus arctis,
" NASSAVE, adjungens ultro do pignora certa.
" Vim duram & miſeræ meditatus Vincula genti
" JACOBUS varias tentavit ſubdolus Artes,
" WILHELMO ut thalamum eriperet, tædaſq; MARIÆ;
" Te vero, veterum O Sanguis Virtuſque nec uſquam
" Degener Heroum, lætus Te pectore toto
" Accipio: Regum Sceptris, Pompaque Coronæ
" Poſthabitis, ANNÆ thalamum tibi ſponte recludit
" Feſtus *Hymen*, & qui *Britonas* invaſerat Horror,
" Ocyus hinc jubet in nubes diſcerpere ventos.
" Quæ fuſo maduit Proavorum ſanguine CHARTAM
" Si turpi manus hæc auſit temerare litura,
" Et libertati ſacrum corrumpere Pignus;
" Si menti exciderint, Jacobus quæ mala Sceptro
" Pertulit amiſſo; tantæ ſi clade ruinæ
" Immotus, ſimili caput objectare periclo
" Haud metuam; per me Genti ſua jura togatæ
" Si pereant, ſanctamque Fidem novus inquinet Error;
" Utere ſorte tua, merui, neque deprecor iram.

Johannes Child Dom. *Caſtlemain*
Hon. Dom. Comitis *Tylney* Fil. Nat. maximus,
ex Æde Chriſti.

EPITHALAMIA

DUrâne ſemper lege neceſſitas
Reges in ipſos imperioſior
Decrevit inſtanti fugaces
Delicias temerare luctu?
Non flexit illam, ſcilicet æream,
Lumen juventæ purpureæ nitens;
Non priſca majeſtas parentum,
NASSOVIUM generoſus ordo:
At pura virtus morte potentior,
Morumque candor, miraque ſuavitas
Reſtinguit en! febris calorem,
Lethiferumque retardat æſtum.
Jam ſit querelis, ſit lacrymis modus,
Jam parce tandem, parce Dieſpiter,
Et Principum voto & *Britannæ*
Conſiliis, precibuſque gentis.
Supreme Cœli Rex ades, & fave;
Huic ſeriori gaudia copulæ
Sincera concedas, acerbis
Non iterum violanda curis.
Conjungat ambos jam ſine queſtibus
Illæſa caſtæ flamma cupidinis,
Addatque ſplendorem perenni
Præteritus dolor ipſe tædæ.
Sic, ut vetuſti carmine finxerint
Sacro Poetæ, nobilis *Hercules*
Jam paſſus *Oetæos* furores,
Non ſine Diis cruciatus Heros,
Fulgens ab igni ſurgit ad Æthera,
Et Divus auget Cælicolum choros,
Florentis æterna juventa
Conjugio fruiturus *Hebes*.

Jacobus Hamilton ex Æde Chriſti
Hon. Vicecomitis de *Paiſley*
filius natu maximus.

OXONIENSIA.

TO THE

PRINCESS.

WHilſt Bards advent'rous Your Deſerts proclaim,
And NASSAU's Worth exalts the Glorious Theme,
No viſionary Muſe will I implore,
Inflam'd by real Beauty's ſtronger Pow'r;
No God invok'd my Genius ſhall inſpire,
True Virtue warms with more prevailing Fire.
For who untouch'd can view Thy Heavenly Face,
Or without Rapture ſing of NASSAU's Race?
O Race Divine! For noble ends deſign'd,
To curb th' oppreſſive Tyrants of Mankind;
To free the Injur'd, and defend the Cauſe
Of Truth, Religion, Liberty, and Laws.
No vain Purſuits unſheath'd the dreaded Sword
Of BELGIA's Patriots in each Age ador'd.,
No wild Ambition call'd Them to the Field;
They boaſted numbers ſav'd, not numbers kill'd;
And He, who bears the Great, th' Auſpicious Name,
Grows up to all their Virtue, all their Fame.
O Equal Heir of ſuch Heroick Sires!
Whom ANNA loves, and whom the World admires.
But let the Blooming PRINCE forget a while
Thoſe Lawrell'd Chiefs, and War's ungrateful Toil;
In diſtant Climes let Hoſtile Fury rage,
While ſofter Scenes *Britannia*'s Sons engage.
Mars and *Bellona* fly her peaceful Shores,
And yield the happy Land to milder Pow'rs.
The *Genial Gods* forſake the Realms above,
And willing grace the *Britiſh* Feaſt of Love.
Apollo ſweetly ſtrikes his tuneful Lyre,
And Gentle *Venus* kindles ſoft Deſire.
Propitious *Juno* quits her Heavenly Throne,
And claims the Care of ANNA, as her own.
Illuſtrious PAIR! Where'er Your Steps You bend,
May *Pleaſure* with her ſmiling Train attend,

And may the numerous Pledges of Your Love
To diſtant Ages publick Bleſſings prove.
May each returning Day bring new Delight;
Whilſt NASSAU's Godlike Acts Your Sons excite,
Whilſt future Princes in Your Daughters trace
Thoſe winning Virtues which Fair ANNA grace.

W. Tracy
Eldeſt Son. of *Tho.* Lord Viſc. *Tracy*
of Univ. Coll.

Mercurius & Cupido.

M. CUR ſine luce facem geris atro nubilus ore?
Unde venis? vel quo tendis, amice Puer?
C. Neſcio quo tendam; mentem res ardua turbat;
Ardua res, noſtræ ſit licet artis opus.
Jupiter impoſuit legem hanc; i quære puellam,
NASSOVII poſſit quæ decorare torum;
Ne cadat AURIACUM Nomen, dum prole beata
Auguſtam æternat Regia Virgo domum.
Grande miniſterium! AURIACO nam digna marito
In terris nuſquam eſt virgo, petenda Dea eſt.
M. Mitte, *Cupido*, metus; medio jacet Inſula ponto,
Certa tibi longæ meta futura viæ,
Arma, Artes, Moreſque colens, ubi GEORGIUS oras
Fælices placida ſub ditione tenet;
Regia Nympha illic, verum pietatis amorem
Tradidit, & mores cui CAROLINA ſuos. [ANNA eſt;
C. ALBION! agnoſco: &, quam Nympham quærimus,
ANNA & NASSOVIO, & grata futura JOVI.

Johannes Sherard
Honoratiſſ. Com. de *Harborough* Fil.
ex Æde Chriſti.

OXONIENSIA.

AD

REGEM.

DUM toto *Mavors*, ſumtis acerrimus armis,
Orbe furit, populoſque in prælia fœdere rupto
Inſtigat, ſtrageſque ciet: *Germania* pubem
Dum vocat è Rheni ripis; dum *Gallia* magnis
Viribus exultat fidens & provocat hoſtem,
Vicinos urgens numeroſo milite fines:
Bellorum nullos ſenſit gens noſtra tumultus,
Nec ſonus auditur litui, nec Claſſica terrent
Ad cædes rauco armatos ſtimulantia cantu.
Quo tanta inſanas agitat Diſcordia mentes,
Aut quid in arma ruunt? Nempe, ut miſerabile vulgus
Permutet dominos, & cedat in altera jura,
Servitio remanente: eadem ſibi præmia victi,
Victoreſque ferunt. Te *Principe*, noſtra tulerunt
Neglectas artes ſecla aurea, maxime Regum,
Quo fruimur læti, longumque (ita Numina faxint
Nil etenim melius donent, majuſve) fruamur.
Priſca *Fides* tellurem, & *Honos Pietaſque* reviſunt,
Aſtrææ comites; niveas *Concordia* pennas
Explicat, *Angliacæ* Diva optatiſſima genti.
Muneris hoc quodcunque tui eſt, debere fatemur
Nos tibi, *Libertas*; ex quo lux illa fugatis
Affulſit tenebris, cum regia ſceptra WILHELMUS
Accepit, lacero *Phaetontem*que expulit axe,
Ne totam tanta abſumant incendia gentem.
Quin adſis, ô *Diva:* Alii ſua ſidera jactent,
Purpureum incultis rubeant & ſentibus uvæ;
Tu fuſi pulcra pro Libertate cruoris
Sis memor, & dubias æquato examine lances,
Anglia, ſuſtineas regnorum; atque extera tellus
Miretur, quanta innocui reverentia ſceptri,
Quam grave, quam ſtabile adjuncto moderamen amore.

EPITHALAMIA

Macte tua virtute, ò feliciſſime *Princeps*,
Macte tuis meritis: Tuque, ô CAROLINA, coronæ
Magnus honos, ſacrique tori fidiſſima conſors,
Optatam, noſtro longum quæ defuit orbi,
Das ſobolem, ſceptri tutamina ſola; nepotes
Inter cælicolas veluti *Berecynthia* mater
Invehitur curru *Phrygias* turrita per urbes.
Tuque adeo inſignem necte, ô *Pimplæa*, coronam
Floribus è variis, quos proferat *Itala* tellus,
Aut etiam *Aonidum* creſcant felicibus hortis,
Caſtaliæ ad fontem: quæ tempora virginis ANNÆ
Protegat, & viridi cingat diademate crines,
Atque inter gemmas niteat radiantius auro.
Quis vero ille oris novus appulit advena noſtris?
Quanta verecundo majeſtas enitet ore!
Progeniem agnoſco Heroum, qui ſanguine fuſo
Aut etiam ob patriam pugnando occumbere morti.
Salve Heros juvenis, ſalve optatiſſime Princeps,
Virginis egregiæ magno devinctus amore,
Nec metuens Boreæ quas concitet ira procellas,
Alter *Abydenas Leander* trajicis undas.
Nec minor eſt merces, neque enim formoſior *Hero*,
Hanc veterum quamvis celebrarint carmina vatum.
Hos oculos, hæc ora Parens, diademate ſpreto
Imperii tulit: huic multis è millibus unam
Quando parem invenies, quæ religionis honorem
Præponat titulis, nec opes & nomina quærat?
Hæc tamen eſt ANNÆ pietas, hæc pectore virtus
Fixa ſedet, ne cui ſponſo ſe jungere vellet
Ritibus è patriis eadem niſi ſacra colenti.
O ter felices! quos copula firma jugavit,
Quos amor, & ſacro cultu junxere *Hymenæi*,
Digna viro conjux tanto, vir conjuge dignus.
Vincula nectat *Amor* vobis metuentia ſolvi:
Felici accenſæ ſplendeſcant omine tædæ.
At tu civili toties jactata procella,
Anglia, pone metum; & frontem pacalis olivæ
Vincta deos poſcas, & Dii tibi vota ſecundent,
Ut BRUNVICENSIS domus, alto à ſanguine regum
Ducta, omnes ſuperis dominata faventibus annos,
Regia per gentes tueatur ſceptra *Britannas*:
Affectentque viam, juſto moderamine rerum,

Ad

OXONIENSIA.

Ad ſuperas ſedes, clara pietate vel armis,
Et nati natorum & qui naſcentur ab illis.

Hon. *Geor. Talbot* Fil. natu min.
Honor. *Caroli* Dom. *Talbot* Baronis de *Henſol*,
& Summi Magnæ *Britanniæ* Cancellarii,
è Coll. Exon.

FRuſtra laborat turba *Machaonum*,
Et miſcet herbas AURIACO Duci,
Ni Nympha, quæ vulnus medullis
Implicuit, relevet dolores:
Vultus ſerenos quæ ſimul extulit,
Morbus refugit protinus invidus,
Ceſſitque venis pulſa febris,
Et ſubiit genialis ardor.
Miſerta natum ſic Dea ſaucium,
Dum fruſtra *Iapis* pharmaca temperat,
Sanavit occulte ſalubris
Ambroſiæ *Cytherea* ſucco.
Quam pene furvæ regna *Proſerpinæ*,
Quam pene magnam vidit originem,
Umbraſque Majorum, & ſedentem
Inter avos celebres WILHELMUM:
Qua jam recenſet forte propaginem
Olim futuram, factaque bellica
Præſumit, & laudes Nepotum,
Et titulos utriuſque ſtirpis.
O ter beatam Conjuge Virginem!
O ter beatum Conjuge Principem!
Hic grande dicetur BATAVIS
Præſidium, Illa decus BRITANNIS.
Hoc jam parentat fœdere GEORGIUS
Caris WILHELMI manibus, undique
Sic ſparſa per terras imago
NASSOVII rediviva ſurget.

Henricus Furneſe Baronettus
ex Æde Chriſti.

EPITHALAMIA

Carmen Tetrametrum.

הודו לבורא שמים
ליסד ארץ על־ימים:
שירו ליהוה שיד חדש
וכבודו עד־עולם נקדש:
כי שלח לנו שר גדול
הוא לטובים יהיה מגדול:
אתה הוא מבט ויאה
המשוש כל־הבריטניאה:
יש הגבר הוא בן־חורים
אנשי שם מדור־לדורים:
היו אנשי המלחמה
היו אנשי גם החכמה:
דודו היה גואל לנו
וביד אל הוא הושיענו:
בא שר מתחתו במלך:
בעצתו ובמשפט ילך:
ובדרכי המלכה טובה
שבעצת ישרי־לב ישבה:
על־כן יקח לו לכלה
בת מלכות ויהיה בעלה
היא

היא נחמדה מפז אופיר
יפה היא מן אבני ספיר:
יפה מן אבן יקירה
היא לבעלה יש תפארה
הדר לה ממלכה אסתר
ושמה איש לא יוכל לסתר:
תחת אבות יהיו בנים
ובכל-ארץ יהיו שרים:
יצילונו מכל-איבים
ויהיו מגדול לטובים:
יאמר-כל נושא הקולו
אשרי העם שככה לו:
יהיה להם אל האומן
ויאמרו כל-העם אמן:
הללו-יה

Robertus Episcopus *Petriburgensis*
Linguæ Hebraicæ Professor Regius.

EPITHALAMIA

Ad SERENISSIMUM

PRINCIPEM *AURIACUM.*

O Magna Auriacum Soboles! quo ſplendet in uno
Quicquid ab antiquis nobile fluxit avis;
Cernis, ut Auriacos ſueta æternare triumphos,
Nectit ſerta Tuis jam *Rhedycina* comis;
Ut doctos miſcet plauſus, gratamque Camœnis
Materiem gaudet Te ſupereſſe ſuis.
Anxia quas fudit, Tibi febre minante, querelas?
Quæ non unanimes audiit ara preces?
En tandem valuere! O tanto erepte periclo,
Polliciti ut firmes dulcia pacta Tori;
I, longa pretioſa mora tandem oſcula libes,
Oſcula turbatum per mare digna peti.
Reſpicit æqua Venus genialis fœdera lecti,
Caſtaque perpetuus gaudia ſpondet Amor.
Jam facile abſolvas Superos, Auſtroſque morantes
Adventum; morbi jam meminiſſe juvet.
Scilicet hinc blandis accedis charior ulnis,
Penſat & inviſas regia Sponſa moras;
Magnanima lætum faciet Te prole parentem,
Fulciet & celſæ pendula fata Domus.
Hinc nova progenies cœli ventura ſub axem,
Inclyta Nassvoii ſpes & alumna Laris.
Per varios vitæ caſus, perque ardua rerum
Dulce Tibi Conjux fida levamen erit.
Cum Te Martis amor, virtuſque incendet avita
Extera pro læſis gentibus arma ſequi;
Geſtiet Illa, domi votis operata pudicis,
Victrici reducis cingere fronde caput.
Connubio tali in quantum Tua Belgia ſurgit!
Nil, iterum gemino Numine freta, timet:
Nunc demum ceſſat mortem plorare Wilhelmi;
Nec luctum ulterius, rapta Maria, moves.
Pulchra tuas partes tutabitur Anna; vibrabit,
Patria ſi poſcat, nec minor arma Nepos.

Johannes Conybeare, S. T. P.
Ædis Chriſti Decanus.

OXONIENSIA.

AD

WALLIÆ PRINCIPEM.

DUM juſta ſolvunt *Oxonidum* piæ
Grati Camænæ munera carminis,
Votiſque quærunt auſpicatas
Rite bonis cumulare tædas:
Non corda, PRINCEPS, his *Britones* tui
Illæta feſtis temporibus gerunt:
Quin ora quamvis imperita, &
Sueta modis minimum canoris,
Reſolvit ultro nota Fidelitas,
Et vera cogit dicere Gaudia,
Vicemque pollentis Camenæ
Suppeditat generoſus Ardor.
Gaudent tueri NASSOVIUM genus,
Nomen *Britannis* ſanctum & amabile,
Jam Pace nos alta reviſens,
Temporibus meliora paſſis.
Gaudent tueri NASSOVIUM genus,
Huic dulce quondam Præſidium & Decus
Inſigne genti, nunc revinctum
Angligenis propiore Vinclo.
Optant beato Gaudia Conjugi,
Simul beatæ Gaudia Conjugi;
Sint pene jam ſpreti invidenda
Connubii Monumenta ſacri.
At quando veſtras, optime Principum!
Quando licebit dicere Nuptias?
Regeſque de Te olim creandos
Auſpicio numerare fauſto?
O! pulchra pennis Lux veniat citis!
Laudanda currat! quam *Britonas* pios
Fors audies non indecora
Egregiam celebrare Muſa.

Tho. Pardo, S. T. P.
Coll. Jeſ. Principalis.

EPITHALAMIA

LYra volebam fundere *Teia*
Imbelle Carmen, mollibus & modis,
Quales *Dionæo* ſub antro,
ANNA, tuos thalamos decerent:
Tentata fruſtra ſollicita manu
Sonos inermes dura negat Chelys,
Chordæque non blandæ recuſant
Idalio trepidare plectro.
Horrenda Regum bella minantium
Ebur ſuperbum murmure martio
Refert, & exactos Tyrannos
Exagitat trepido tumultu,
Spernens amores. Increpitans Lyram
Dextræ rebellem, fila ſonantia
Diffringo, mutatiſque Chordis
Aggredior teneram Camœnam.
Molles querelas, O Dea, leniter
Effunde; triſtes neu libeat tibi
Referre pugnas, nec frementem
Vorticibus rapidis *Seneffam*,
*Rhenum*ve pingas ſemper, & hoſtium
Turmas cruentis fluctibus obrutas;
Nec rurſus ingenti fragore
Mœnia dejicias *Namurcæ*.
Dic ANNA quantos pectore Principis
Accendit ignes. Admonitu Lyra
Immota reſpondet canendo,
Gaudia quanta tulit *Britannis*
Amica Claſſis, NASSOVIUM vehens!
Quam læta Tellus, impatiens moræ!
Qualemque ſenſerunt ſalutem
Cum Populis peritura Regna!
Non iſta mulcent pectora Virginum,
Nec inde Nymphæ ſpicula ſentiunt;
Non haurit hinc flammas Cupido,
Aut vacuam reparat pharetram.
Quid pervicaci Muſa ſilentio
Celas amores virgineo ſinu?
Quid vulnus occultum timore
Diſſimulas nimium pudico?

Ami-

Amica Claſſis jam vehit alterum
Heroa, pignus dulce *Britanniæ*,
Oraſque dilectas reviſens
Lætitiam renovat priorem.
Ignoſcat Heros, conſcia ſi Lyra
Parum decora mollitie timet
Tentare ſublimes amores,
Atque levi temerare plectro.
Sic forte lætas, flebilibus modis
Et bellicoſo carmine Nuptias
Caſtæ celebrabant Sorores,
In thalamo *Thetidis* marinæ:
Cum Nympha *Peleum*, digna toro *Jovis*,
Juſſu Deorum atque *Oceani* Patris,
Dignata mortalem cubili
Cœruleo nimium beavit.
Thalia jam tum Mæonio alite
Trojæ ruentis triſtia funera,
Fortemque *Pelidem* canebat
Hectoreo tumulo ſuperbum.

Jo. Atwell, S. T. P.
Coll. Exon. Rector.

AD SERENISSIMUM
PRINCIPEM *AURIACUM.*

UT crebræ, PRINCEPS, conſurgunt undique Pompæ!
Ut Te regifico feſtiva *Britannia* luxu
Excipit! Infremuere pari vix littora plauſu,
Cum noſtris olim ſucceſſit ſedibus Heros
AURIACUS, Legum vindex, & fœderis ultor
Diri *Loyolidum*, ſeu quando Victor ab Hoſte
Hiberno rediit. Tantos meminiſſe Labores
NASSOVIUMque juvat. ---- Sed Te Tua plurima Virtus,
Non aliena ornat; propria ſat Luce refulges,
Deſpiciens generiſque decus, Tituloſque minores.
Auſpicibus Divis precor, & *Junone* ſecunda
Nativam repetas Terram; Te læta repoſcit
BELGIA, Principibuſque ſuis ornarier ardet.

EPITHALAMIA

Umbroſi paſſim ſaltus peramabile nomen
Regalis reſonant Nymphæ, Dominæque futuræ
Eximias animi Veneres, Formamque decoram,
Et ſanctos mores recinit revolubilis Echo,
Ingeminans plauſus. Sed quæ nova Gaudia ſurgent,
Cum melior famâ BATAVAS acceſſerit oras,
Et præſens feſtos decoraverit Ipſa Triumphos?
Hic digna faciat, PRINCEPS, Te prole Parentem;
Parvulus AURIACÆ laudis non degener Hæres
WILHELMUS ſtirpem agnoſcat, ſimileſque Puellas
Sponſa Sui jactet; ſic, quas CAROLINA ſagaci
Excoluit cura dotes, finxitque docendo,
Fida ſuis etiam Natis impertiet; ANNAS
Atque alias longum felix demittet in Ævum.

Tho. Cockman, S. T. P.
Coll. Univ. Magiſter.

Ὡς ῥα δ' Εὐρώπην βαίνει βοτόλοιγος Ἐελννὺς
Ἀνδράσιν ἰφθίμοισι φόνον κὴ κῆρα φέρουσα,
Νόσφιν ἀλυσκάζει πολέμοιο Γεώργιος, Ἀγλλῶν
Καρτίστων βασιλεὺς, οὐχ ὡς κακὸς, ἀλλ' ὅπι θυμῷ
Λάθ κήδετ' ἐῦ· Μύσας δ' ἐπετέλλεν ἀείδειν
Ἱμερόεντα γάμον, κὴ χρυσῆς δῶρ' Ἀφροδίτης.
Ἀλλ' ἄγετ', ὦ Μῦσαι, γλυκερῆς ἐξάρχετε μολπῆς,
Οἵην ἐν Τέμπεσι πάλαι γ' ἠντιώετ', ὅτ' Ἥρη
Ἀνδρὶ πόρεν Πηλεῖ ἄλοχον Θέτιν ἀργυρόπεζαν,
Συγκαλέσασα γάμονδε θεὰς, πάσας τε θεαίνας.
Νῦν, Διὸς αἰγιόχοιο θύγατρες, ἀείδετ' ἐν ὕμνοις
Κλειτὸν Ναασαΐδην τε καὶ Ἄννην ἱμερόεσσαν,
Ναασαΐδην Βελγῶν, Ἄννην μέγα χρῆμα Βρεττανῶν,
Ἣν τέκεν οἵ ἰκέλην Καρολίνη, δῖα γυναικῶν.
Χαίρετε, ξύμπαντες νήσοιο Βρετανίδος υἱοὶ,
Χαίρετ' ὄσσοιγε φιλεῖτε Βρετανίδα κυδιάνειραν·
Ἐξέφερον γὰρ νῦν ἦμαρ πολυχθέες Ὧραι,
Ὅπ' εὐεργεσιῶν πολλάων μαθὸν ἀγαυὸν
Αὐσονιάων γλυεῖ' Ἀλβίων ἀνταπέδωκε,
Ψυχῇ ἀγακλειτοῖο χαριζομένη Γυλιέλμῳ.

Χαί-

OXONIENSIA.

Χαίρεις, γαμβρὲ μάχαρ, ποῖον τ' πένθερον ἔξεις;
Σκηπτοῦχον ὄχ' ἄρισον, ἐείκελον ἀθανάτοισι.
Κυδιάνειρα δ' ἄλοχος Σοι ἕσεται, ἣ χόρη ἄλλη
Οὔτις ἄρ' ἐν νήσοισι Βρετανίσιν ἰσοφαρίζει·
Τόσσον γὰρ πασῶν ῥοδόχρους ὑπαφαίνεται Ἄννη,
Κάλλεϊ νικήσασ' ὅσον ἐν Χαρίτεσσι Κυθήρη.
Ὦ Ἥρως, τιμῆσδ' ἀλόχου, τιμῶνδ' Ὑμεναίων
Ἄξιε, Ὀξονίδων λήθη Σέο ἔσσεται Μοῦσαν
Αἰρήσει· ἡ γὰρ κλέος οὐκ ἠκύσατο οἷον,
Ἀλλά Σε ξείνισε καὶ ἐν μεγάροισι φίλησε,
Σελδομένῳ ἐνὶ δώματ' ἀγασσαμένη ἀγορητῇ,
Ὥπασεν ᾧ ῥα Θεοὶ ἐρικύδεα δῶρα, ὁμοῖον
Νέστορος ἐν στήθεσι νόον, καὶ ἠδίω αὐδήν.
Ἀλλὰ Σὺ, δῖα Κόρη, ἀπίθησ' ἀπάνευθε τοκήων
Γαῖαν ἐς ἀλλοδαπὴν, πηούς τε φίλους τε λίπουσα,
Ἠδὲ καταιγήτας, καὶ ὁμηλικίην ἐρατεινὴν,
Θάρσει· νεῦ ἤτοι χαρίεσσα κεκλήσῃ ἄκοιτις
Ἀνδρὶ καὶ ἐν πολλοῖσι μέγ' ἐξόχῳ Ἡρώεσσιν.
Ὄρσεο, Νύμφα φίλη· μὴ δείδιθι πόντιον οἶδμα·
Σοίγ' ὅτι ἐντυίῃ πομπὴν Θεὸς Ἐννοσίγαιος
Κῦμα κατιθυίων· τοὶ δ' ἀμφί μιν ἠγερέθονται
Πᾶσαι, ὅσαι κεῖ βένθος ἁλὸς Νηρῇδες εἶεν·
Οἵ θ' ἅμα Τρίτωνες γάμιον μέλος ἠπύουσιν.
Ἀλλ' ὅταν ἀσκήθης Βελγῶν ποτὶ γαῖαν ἵκῃαι,
Ὅσσον γηθήσειν Βέλγας! σέβας εἰσορόωντας
Ἦ μέγα αἰρήσει πάντας· ὡς, ὡς Θέτιν ἄλλην,
Ἄννην τίσουσαι λίην ναυσίκλυτοι ἄνδρες·
Ἄννην, Ἀγγλιχθόων δέσμιον Βελγῶν τ' ἐπικράων.

Tho. Terry S. T. P.
Ecclesiæ Christi Oxon. Subdecanus,
Linguæ Græcæ Professor Regius.

EPITHALAMIA

NAssovi, *Angligenis* ſemper lætabile nomen,
Dum Plebs, & Proceres, & tota *Britannica* Pubes
Certatim effuſi coeunt in vota; Penates
Cæſareos dum cernis, & atria Regia plauſu
Fervere; dum Genero gaudet protendere dextram
Augustus, ſanctamque fide, belliſque tremendam;
Regia virgineos dum Te ſuffuſa rubores
Excipit amplexu Conjux, cape pignus amoris
Carmina, quæ fundit ſtudio non illa minori
Incita, in Auriacum laudes nec lenta Camœna.
Exaudi, O facilis! Tibi enim, Tibi fontis aperti
Pierii latices, Tibi ſacras detulit artes
Charæ *Trajecti Pallas* quæ præſidet arci,
Qua ſibi jam ſpretis ſedem delegit *Athenis*.
Illic clarorum recolenti exempla Virorum
Quam Tibi præ reliquis viſa eſt Nassovia laurus
Tollere ſe ſuperas viridanti vertice in auras!
Inclyta præcipue noſtri Te fama Wilhelmi
Excitat, & ſtimulis pectus propioribus urget.
O! Tibi, par ardor quoniam præcordia tangit
Felices curſus eadem fortuna ſecundet!
At ſponſam auguſtam ducas meliore precamur
Auſpicio; utque Tibi aſpirat *Cytherea* petenti,
Sic faveat *Lucina:* Orbi nec deſinat unquam
Quæ Gentem Auriacam referat vultuque animiſque
Illuſtris Soboles. Qualis tum corda tumultus
Implevit, curiſque animum cruciavit acerbis,
Cum Gentis tantæ ſpem ſolam febris iniqua
Invaſit! Jam fila legebant ultima *Parcæ*,
Et ſibi præclaros ſpondens *Libitina* triumphos,
Concurſus hominum vanos, atque irrita riſit
Auguria, & quatiens funeſtas invida flammas,
En! ait, accenſas in vinc'la jugalia tædas:
Conde tuas, *Hymenæe*, faces. Convicia fœda
Audierat, pavidumque caput Deus abdidit umbris.
Pectora ſic quondam tenuit ſuſpenſa Wilhelmus,
Succenſus pulchræ cum Libertatis amore
Et remo audaci diffindens cærula, vindex
Ducebat votis ventiſque faventibus agmen.
Totum quippe oculis permenſa *Britannia* pontum
Flamina quæque ægra captaverat aure, carinæ

Appulſu,

Appulſu, blando tum primum lumine frontem
Explicuit, ruptaſque agnovit læta catenas.
Ante alias plauſus iterarunt *Iſidis* undæ,
Quales læta, Heros, Tu præter flumina vectus
Audiſti, ſubiens dilectæ tecta *Minervæ*;
"Hic Vir, hic eſt, (cecinit *Rhedycinæ* grata Juventus)
"Ortu ingens hoſpes, virtute ingentior; Ille
"Fœdera pro nobis *Hymenæi* ſacra moratur
"Muſarum tenues non aſpernatus honores;
"Dignus cui tribuant pariter ſua dona *Sorores*
"Ingenium, *Latiaſque* artes, vireſque loquelæ.
"Regia at interea thalami penetralia pandit
"ANNA, nec ulterius placito adverſatur amori
"Digna Viro Conjux. Geniales nec Tibi flammas
"Vis animi premat ingentis, nec bellicus ardor:
"Mox tuba Te, *Princeps*, caſtrenſis, & arma requirent;
"Nunc hilaris Fidicen vocet, & citharæ ſonus; acres
"Heroas exornat Amor, digniſſima palma.
"Sic cum ſe recipit, *Phœbo* graviore coactus
"Feſſus in umbrac'lum Paſtor, ſylveſtria ſerta
"Nymphis dona parans, laurum Tibi, candida Myrte,
"Innectit, gratoque nemus completur odore.

D. Gregory S. T. P.
in Mod. Hiſt. Prof. Reg.
ex Æde Chriſti.

JUngunt ſacra Domos illuſtres Fœdera; nubens
NASSOVIO, Conjux regia Virgo datur;
In Quo nobilium morum eſt vis ſuavis, & Ipſi
Devinctos animos illecebroſa tenens:
Has tædas accendet *Hymen*, communis utrinque
Corda ligans facili compede nectet Amor.
Principis amota gratamur febre ſalutem,
Cui tutè ſalvo tempora longa fluant:
Hinc ortum ducat ſoboles præclara; *Britannis*
Et BELGIS olim grande ſit Illa decus.
Ornet Natorum virtutes inclyta Origo,
Splendorem Huic addat Stirps generoſa ſuum.
Cognita Majorum exemplaria magna ſequacem
Reddant Progeniem mente, manuque parem.
Audierint regalis Avus quam dura Nepotes
Paſſus ſit, mortis quas tulit Ille minas:

EPITHALAMIA

Quum bellator equus ſtratus, ſub vulnere acerbo
Exhalans vitam, nobile liquit onus.
GEORGIUS immotus tanto eſt diſcrimine, in hoſtes
Auctus ab hoc Illum bellicus ardor agit.
Aldenardum teſtis, & ejus fertiliora
Qui bello effuſus reddidit arva cruor.
Urbis vallatæ ruerint cum mœnia, & arces;
Firmior his GEORGI Fama ſuperſtes erit.
Vulnera conſpexit prope ſe lethumque cadentum,
Cui tamen objecit fortiter ipſe caput;
Illud Fata tegunt, ut (quod voluere) *Britanna*
Tradant in validas Sceptra tuenda manus.
Miles *Martis* opus ſi ſtrenuus acre peregit,
Hunc, quamvis humilem, jure manebit honor:
Aſt ubi Vir Princeps, celſiſque Parentibus ortus,
Ardua Militiæ ſponte pericla ſubit:
Nomine mutato late ejus Fama feretur;
A Tanto geſtis Gloria nomen erit.

Guil. Bridge, S. T. P. Coll. Di. Jo. Bapt. Soc.

QUum *Britonum* albentes peteret NASSOVIUS oras,
Fertur arenoſo Ponti de littore Gentis
Angliacæ Cuſtos, GENIUS venientia dictis
Tempora fatidicis ceciniſſe, atque omine fauſto:
I Juvenis, vocat ANNA, O magni currite Menſes.
Currite quadrigis celeres candentibus Horæ.
O Decus AURIACUM! Per quæ diſcrimina rerum
Regalem ad Thalamum properabis? Jam freta Ponti
Incipiunt agitata tumeſcere, & *Æolus* antro
Occluſo facilem negat undam, auraſque faventes;
Fata viam tamen invenient; ſic gratior Hoſpes
Optata tandem tutus potieris Arena.
Currite quadrigis celeres candentibus Horæ.
Te læto plauſu Magni memores GULIELMI
Excipient *Britones*; verum interrupta videbis
Gaudia, dum ſubita langueſcens Febre, morandi
Das cauſam invitus: ſed & hæc ſuperare ferendo
Mox dabitur; ſed & hæc tandem Fata aſpera rumpes:
Aufugiet Febris: ſic lætis triſtia cedent,
Ut nova conſurgat duplicato Pompa triumpho.
Currite quadrigis celeres candentibus Horæ.

Effe-

Effera Quin Morbi vis non pelletur inulta;
Namque hinc dilecta procul heu! procul ibis ab ANNA,
Jamque oculos iterum Pictura paſcere inani
Cogêris, veraſque audire, & reddere voces
Optabis fruſtra: donec Te, tempore tandem
Exacto, charæ promptum ad Connubia Nymphæ
Reſtituent *medici Latices, Fonteſque potentes,*
Atque *ſalutiferis* vegetus remeabis ab *Undis.*
Currite quadrigis celeres candentibus Horæ.
Te reducem exultans gremio *Rhedycina* fovebit,
Te doctum, & doctæ Decus admirabile Gentis.
En! multam nectet Tibi turba Togata Corollam,
Mirata Eloquium, dum, Tu ſublimis in *Oſtro*
Muſarum tenues non dedignaris Honores,
*Sheldonium*que ornas, Circo plaudente, *Theatrum.*
Currite quadrigis celeres candentibus Horæ.
Quod tantæ tenuere moræ, jam lætior ANNAM
Inviſes tandem, alloquioque frueris amico;
Jamque triumphalem renovabit Curia Pompam,
Plectraque certatim poſcet *Phœbea* Juventus.
Hic *Iſis, Camuſ*que illic ſua munera mittent,
Totaque feſtivo referet Connubia plauſu
Anglia, dum pulchram ducit NASSOVIUS ANNAM.
Currite quadrigis celeres candentibus Horæ.
Ah! mæſta, Ah! multum CAROLINÆ amplexibus hærens
Ah! patrios tandem lachryma manante Penates
Deſeret, unanimes formoſa nec ANNA Sorores
Inter, *Vinſoriæ* ſaltus luſtrabit amatos
Amplius! atque Vale, longum Vale, inquiet Oræ
Angliacæ! ---- Sed læta breves ſedare dolores
BELGIA certabit, lenibit BELGIA curas,
Dum nova majore inſtaurat Connubia Luxu.
Currite quadrigis celeres candentibus Horæ.
Ite procul Curæ! nam mox mirabitur Ætas
Ventura Heroas, tanto nec Patre minores,
Et Matris ſimiles ſurgent in Sæc'la Puellæ,
ANNÆque ad ſeros revireſcet Forma nepotes.
Currite quadrigis celeres candentibus Horæ.

Robertus Eden A. M.
Coll. Univ. Soc.
& Acad. Proc. Sen.

EPITHALAMIA

ALLA PRINCIPESSA.

IN ſù le ſponde da le Muſe amate,
Ove frà valli ombroſe, e Piaggie apriche
*S'ode pur d'*Iſi *il dolce mormorio,*
Cinto di raggi il Crin, piene d'Allori
Le Man' teſtè Febo *fermando il Piede*
Con amichevol' Riſo coſi diſſe.
" O Voi miei cari! O Schiera mia diletta!
" D'un lieto dì la Pompa s'apparecchia;
" Del voſtro RE La Figlia altera, e bella
" Al nobil Sangue di NASSO ſi giunge.
" Sarete muti? Nò, la Libertade,
" Quel dono di GUGLIELMO à voi ſi caro,
" Quel Teſoro gentil, ch'il Nome Ingleſe
" Dovunque Io luſtro, rende ſi famoſo,
" Inſpirera, lo sò, ne' voſtri Petti
" Senſi di tanto Beneficio degni.
" Sù, Sù, Fideli, ogni Lira s'accordi
" Frà i lieti Applauſi, e ſubito ogni Lingua
" Facil ſi ſcioglera nel bel Soggetto.
Cio detto, rivolò ſereno in Volto,
E'n Maeſtà del Pindo *a l'erte cime.*
Repente tutti d'allegrezza pieni
Adempion' il voler del Nume amico.
Celebra l'uno del tuo nobil Spoſo
La grand'alma, il gran ſenno, i bei Coſtumi;
Queſti ſon i ſuoi ſtudi, e queſti i pregi,
Per queſti gradi s'aſcende alla Gloria.
Audace Orfèo con la ſonora Tromba
Un altro canta de' ſuoi Antenati
Le verdi Palme; dal Iſpano giogo,
L'Ollanda liberata; e Te, Britannia,
Si reca a gl' occhi ſuoi fatta felice;
(O dolce rimembrar!) pe'l Senno, e l'Armi
Di quel prode Uom', che ruppe le tue catene,
E dell' oppreſſo Impero, e vacillante
La mole ſoſtentò. --- La Dea del Fiume
Coll' onde al canto lietamente applaude.
Ma qual Poeta gentil, qual novo Orazio
ILLUSTRE PRINCIPESSA! degnamente
Lodar potrà le Tue alte Virtudi,

Le Doti egregie? O Tu, chiaro Addiſono,
Che già con plettro d'or GUGLIELMO, e GIORGIO
Cantaſti, Tu, nel di cui petto Apollo
Verſò de' ſuoi Teſori i più pregioſi,
Piglia l' Impreſa al Tuo Ingegno eguale;
Non ti peſi il laſciar l' Ombre beate,
E i Campi Eliſi, degl' Eroi, e de' Poeti
Fortunato Giardin. Non Ti dorrebbe
Che del lodato RE la degna Prole,
ANNA da Te in Note altere, e dolci
In queſto dì feſtoſo celebrata
Non foſſe? Vieni dunque gia ch' Atene
Madre di begli Spiriti ti chiama.
Ma nò. --- Le ſue Bellezze, e i ſuoi gran Merti
Uopo non han' di terſe rime, e colte;
Da per ſe ſplendon', e d' altrui la viſta
Abbaglian': ſolo a gl' Occhi ſuoi modeſti
Non ſi moſtran'. Coſi non arrogoſſi
Celeſti Onor' la vaga Citerêa,
Benche negaſſe e d' aſpetto e di voce
D' eſſer Mortal; benche nel Portamento,
Nello Splendor veramente Divina
Pareſſe, e Figlia del ſupremo Giove.
Vivete O PRINCIPESSA, e Tu ſuo Spoſo,
Vivete lungamente fortunati!
Il Cielo a voſtri voti ſempre attento
Di numeroſa Prole vi conceda
Il Conforto ſoave; I grand' Eſempi
D' ambedue Stirpi deſtin' negli Cori
De' voſtri figli, egregi, e nobil Senſi,
E nel Cammino della vera Gloria
Gli ſpingano. Rinaſca tua Beltade
O PRINCIPESSA, nelle voſtre Figlie,
Si che ſaranno quelli Vincitori,
E i Vincitori deporranno umili
A i piè di quelle i trionfanti allori.

Rob. Eden.

EPITHALAMIA

INauſpicati murmura barbiti,
Camœna, mittas: nunc Dolor exulet
Miſtus Querelis, & Timores
Diffugiant male ſuſpicantes.
En! convaleſcens NASSOVIUS ciet
Jucundiorem carminis alitem:
Qui pæne Muſæ luctuoſæ
Materiem dederat perennem.
Jamjam novatis viribus integer
Firmat jugalis fœdera vinculi:
Nymphamque depoſcit, *Britannum*
Delicias, ſibi deſtinatam.
Hoc dum WILHELMUS ſpectat ab Æthere,
Laudat *Britannos* jam memores ſui:
Hinc lætus æternos Nepotes
Connubii geniale pignus
Sperare. Quin vos ſurgite, Amantium
O Par beatum! Vos *Genius* vocat,
Metuſque caſtigant inertes
Fauſtus *Hymen*, & amica *Juno*.
Æterna vobis Serta *Cupidines*
Nectunt Miniſtri: More Satellitum,
Dum Strata circumſtant, protervis
Gratia non violanda rixis,
Fideſque conſtans. Fœdere mutuo
Gaudete longum; quæque Dies alat
Fidos Amores, vinciatque
Unanimes propiore nexu.
Sic Vitis ulmo nubit Amabili
Umbram hoſpitalem conſociare amans:
Lauroque ramos implicare
Myrtus, Amor Veneris, ſuperbit.

Jacobus Edgcumbe A. M.
Coll. Exon. Socius, & Acad. Proc. Jun.

OXONIENSIA.

TO THE

PRINCESS.

DEign Royal Bride, t' accept theſe humble Lays
For him, whoſe Virtues far exceed my praiſe,
ORANGE, on whom profuſely Nature pours
Whatever Heav'n approves, and Man adores.
In whoſe rich Mind the brighteſt Parts we ſee,
His Judgment we diſcern in loving thee.
Of Virtue good, of Wiſdom wiſe h' approves,
Pattern himſelf of what he juſtly loves.
His poliſh'd Manners ev'ry grace diſpence,
Chaſtis'd and manag'd by accompliſh'd ſenſe.
While theſe with all thy ſofter Charms combine,
Sure all that's lovely ANNA, muſt be Thine.

Tho. Wood A. B. Fell. of New Coll.

WHen NASSAW ey'd his native coaſts no more,
And firſt diſcern'd fair *Albion*'s whitening ſhore;
In that bleſt moment, while the friendly gales
Wait on his Courſe and ſtretch the ſwelling ſails,
The Deeps divide: and, as the waves uncloſe,
The *Genius* of the *Britiſh* Ocean roſe.
Looſe to the wind his ſea-green Mantle flow'd;
And in his eyes unuſual Pleaſure glow'd.
A while he paus'd, to mark on NASSAW's face
The well-known features of the Godlike Race;
Whoſe ſwords were ſacred to the generous cauſe
Of Truth, Religion, Liberty and Laws:
Then ſpoke. The winds a ſtill attention keep;
And awful ſilence huſh'd the murm'ring deep.
"Proceed, Great PRINCE, to our lov'd Coaſt repair,
"Where ANNA ſhines the Faireſt of the Fair:
"For thy diſtinguiſh'd Bed the Fates ordain
"The Royal Maid, whom Kings might court in vain:
"The Royal Maid, in whom the Graces join'd [mind.
"Her Mother's awful charms and more than Female

"The Merits of thy Race, the vaſt Arrear
"That *Britain* owes, ſhall all be paid in Her:
"In Her be paid the Debt for Laws reſtor'd;
"For *England*, ſav'd by WILLIAM's righteous ſword.
"Immortal WILLIAM! --- At thy ſacred name
"My Heart beats quick, and owns its antient Flame.
"Still muſt I call to mind the glorious Day,
"When thro' theſe Floods the Hero plow'd his way;
"To free *Britannia* from the Tyrant's chain,
"And bid the proſtrate Nations riſe again.
"Well-pleas'd I ſaw his fluttering ſtreamers fly,
"And the full ſails that hid the diſtant sky.
"High, on the gilded ſtern, majeſtic rode
"The World's great Patriot like a Guardian God.
"This Trident aw'd the Tumults of the Sea;
"And bad the winds the Hero's Nod obey:
"Fond of the task, with this officious hand
"I puſh'd the ſacred veſſel to the Land;
"The Land of Liberty, by Rome enſlav'd:
"He came; He ſaw; He vanquiſh'd; and He ſav'd.
"O may that Hero, and thy ANNA's Sire,
"To nobleſt Deeds thy generous Boſom fire;
"And with their bright tranſmiſſive Vertues grace
"The great Deſcendants of thy Princely Race.
"Still may they all their great example draw
"From her AUGUSTUS, and thy own NASSAW.
"May the fair Line each happy Realm adorn;
"Bleſs future States, and Nations yet unborn.

Joſ. Spence
Fellow of New-Coll.

DUM nuptiales publica gaudia
Ornant triumphos, eja! Superſtiti
Gratare digno, Muſa, plauſu
AURIACI generis nepoti.
Non ille vani nominis artium
Nardo perunctus cultor, & otii
Ignobilis luxu juventam
Conterit heu! male feriatam;

Sed

Sed literato pulvere nobilis
Sectatur artes, quas *Academicæ*
Profudit almum *Matris* uber,
Quaſque ſuo CAROLINA cultu
Honeſtat addens Præſidio decus.
Illum *Anglus*, illum *Gallus* & *Italus*
Laudaverit ſermone doctum
Multiplici variare linguam,
Moreſque & urbes viſere ſedulum;
Dum Muſa præbens Hiſtoricam facem
Fingit docendo, ſuſcitatque
Per veteris monumenta famæ
Heroas æquis paſſibus aſſequi:
En ille vafras ſpernere fortior
Politicas artes honeſta
Mente memor recolit WILHELMUM
Orbis ſtatorem. Vendicat Ordini
Suo merentem Nobilium chorus
Equeſtrium, illi GEORGIANO
Sidere purpureos honores
Submittit ultro. Cernere *Belgicos*
Faſces remitti jam videor Duci
Ægre repôſtos, contremitque
Seditio *Batavas* per Urbes.
Fruſtra *Britannis* invida gaudiis
Fœduſque quærens rumpere *Belgicum*
Mortale corpus ſævienti
Febre minax *Libitina* tentat;
ANNÆ venuſtas proſpera conſpici
NASSOVIUM defendit, & aſperos
Lenit dolores, triplicique
Ægide dia Salus tuetur;
Amore vires, conſilium & ſuos
Præbente Divos. Macte! Toro decus
Adjuncta puro! Te pudoris
Laude Nurum face nuptiali
Dignam ſequatur Virgo *Britannica*!
Pubeſque caſti nominis æmula
Cupidinis numen jugalis
Compoſito veneretur æſtu!

Edv. Bentham A. M.
Coll. Oriel. Soc.

EPITHALAMIA

Interlocutores *Anglus* & *Belga*.

A. SAT lacrymis precibuſque datum eſt. En! nubila ſpargit
Jupiter, & cœlum meliori luce ſerenat.
I nunc, *Belga*, novos tecum meditare triumphos:
I nunc votivam Superis ſuſpende tabellam.
En! valet AURIACUS: nec, quod tu ſæpe timebas,
Dimidios febri ſuccumbens linquit Amores;
Sed vegeto tandem renovatus robore fauſtum.
Ingreditur thalamum, & perfecto lætus honore
Interrupta diu jam nunc connubia firmat.
B. Ergo non fruſtra tam ſæpe litavimus Aris
Miſcentes ſocias lacrymas, ſociaſque querelas?
Ergo poſt fati diſcrimina tanta dabuntur
Promiſſi reditus, expectatique triumphi?
Quin age, cum fuerit tibi copia multa videndi,
Tantarum evolvas repetens ſpectacula rerum,
Solennes ritus, & feſtas ordine pompas.
A. O memorande dies, quo non optatior alter
Angligenis unquam affulſit, tantoſve Hymenæos
Attulit! innumero memini tum fervere plauſu
Compita, tum læti tædis felicibus omnes
Otia ruricolæ peragebant, otia cives.
At quis ſolennis referat Spectacula pompæ,
Cum Templum Par dulce petens procederet æquis
Paſſibus, ingenti circumſtipante Caterva?
Qualis ubi cum Fratre ſuo *Latonia* Virgo
Lætata eſt *Delon* maternam inviſere, *Phœbum*
Intonſi Juvenes, Nymphæ cinxêre *Dianam*:
Talis erat Virgo, talem ſe læta ferebat
Formoſi media ANNA Chori; at cum ſtaret ad Aras
Rite parans Sponſi dextræ conjungere dextram,
Gratia quæ, roſeo quæ luſit in ore Venuſtas!
Dum pudor ingenuos per vultus plurimus ignem
Diffundit, miſtaque tremit formidine Votum.
Tum quali AURIACO ſalierunt pectora motu,
Duxit ubi optatam ſacra ad connubia Nympham!
Non ultra increpuit, te, pronuba Diva, favente,
Ventorumve moras, lentæve pericula febris.
Interea exultant Proceres, plauſuque ſecundo

Au-

Aula fremit; lætus Genitor Solennia ſpectat,
Et Matris tacitum pertentant gaudia pectus.
Non tam ſolennes *Tempe* ſenſere triumphos
Theſſala, non aderat Spectantum auguſtior ordo,
Cum *Thetis Æmonio* conjuncta eſt pulchra marito;
Certatim quamvis Hymenæum in Vota vocavit
Concurſus Divum, vacuumque reliquit *Olympum*.
B. Impatiens avidis expoſcit *Belgia* votis
NASSOVIUM Sponſamque ſuam: ſtant littore Matres
Pontum aſpectantes, quotieſque albeſcere velis
Proſpiciunt longe, exclamant, jam pronuba puppis
Advenit ———
A. ------ Haud ultra dubiis torquebere votis:
Jam *Britonas* mæſtos, dulceſque relinquere terras
Nympha parat, properatque ſuo comes ire marito.
B. Sis celer, ô puppis, noſtroque in littore ponas
Incolumes ambos; nihil illis triſte receptis
Nos manet: indignans *Rheni Lodoicus* ad undas.
Fulminet, Armorumque fremat circumſonus horror;
Belgia NASSOVIO ſub vindice tuta tumultum
Audiet, inſanaſque hominum miſerebitur Iras.
A. Seu pacem potius foveat, ſive arma minetur
Belgia, per ſimiles comitabitur *Anglia* caſus;
Una Salus, unum nobis commune periclum.
B. O Socii fortes, & Libertatis amantes
Angligenæ! O noſtris ſueti ſuccurrere rebus!
Sive Hoſtem Gentes conjunctis viribus arcent
Italia, propriiſque jubent conſidere regnis;
Seu procul à bello tranquilla per otia pacis
Communes ambæ AURIACI celebrant Hymenæos:
Nulla dies *Belgas* meritis pro talibus unquam
Arguet immemores. O longum firma per ævum
Fœdera permaneant populis! (*A.*) Et Copula Nuptis.

Edmundus Gibſon
Rev. adm. in Chriſto Patris Epiſc. Londin. Filius,
Ædis Chriſti Alumnus.

EPITHALAMIA

AD nigram Mortis ſpeluncam & limen acerbum
Alatus (Fama eſt) deveniebat *Amor*.
Illic excuſſæ Pharetra cecidere ſagittæ
Inter peſtiferi ſpicula dira Senis;
Dum ſua ſparſa legit, quædam & lethalia cæcus
Impatienſque moræ corripit Arma Puer.
His temere inſtructus Britonum cum viſeret Aulam,
Quo modo NASSAVUS venerat, ANNA, tuus,
Heu! miſero Vulnus, non quale decebat Amorem
Inferre, emittens haud ſua tela, dedit.
Languentem Succo *Dictamni* ſedula lavit,
Tum Natum increpuit mota dolore *Venus*.
Hæ tibi proveniunt lethales unde Sagittæ?
Unde madet dira clade cruenta manus?
Inſpiret ludum, & teneros tuus arcus amores;
Conveniunt partes hæ tibi, blande Puer.
Effice mollis amor violabile Pectus ut urat
NASSAVO, & flamma ferveat ANNA pari.
Vincula necte favens caſtæ ſocialia tædæ,
Incidat & læto nulla querela toro;
Hanc amet ex Animo hanc unam, ſæcliſque futuris
Exemplum facilis præbeat Ille Viri;
Unanimi fidum obſequio colat Illa Maritum,
Et Matris laudes ſentiat eſſe ſuas.
Hoc te, *Mars*, curæ cui Gens NASSAVA, precatur;
Te jubet hoc, ANNÆ ſemper amica, *Venus*.

Gulielmus Gibſon,
Rev. admodum in Chriſto Patris Epiſc. Londin. Fil.
ex Æde Chriſti Comm.

OXONIENSIA.

Παρεσε Μῶσαι, πηγὰς
Ελικῶνος καλά τ' ἄγκη
Φιλῶσαι· νεῦ, μέλημα
Τὸ δὴ ἥδιστον ὑμῖν,
Θέλω λέγειν ἐρῶτα,
Αδειν θέλω κλέος τε
Οξαγγίης σεβαστοῦ,
Ερασμίης τ' Αννης,
Φίλης Γεωργίοιο
Παιδὸς, κλυτῆ γ' ἄνακτος
Πάντη κλυτῶν Βρεταννῶν.

Ηρώων μέν ποτ' ἄθλους
Βολαὶ ἐθλῶν, καὶ αἰναὶ
Υσμίνης ἤδετ' ἔργα.
Ομονοίας αὖ δὲ χάρμα.
Υμνεῖτε νεῦ ἀοιδαῖς.
Ναασαυὸς οὖν ἄκοιτιν
Τὴν Αννην εἵλετ'· Αννην
Γυναικῶν μέν ῥ' ἄωτον
Καλῶν, Ναασαυὸς αἰὲν
Αειδύων κατ' ἄνδρας.

Δὴ βαρβίτους δὲ χορδαῖς
Γάμων ἦμαρ θαμινὰ
Ηχεῖν· ἦμαρ Βρεταννοῖς
Καὶ Βαλαυοῖς μὲν ἥδη
Χαρὰν φέρειν· φέρειν τε
Ελπωρὴν ἐς τὸ μέλλον.

Josephus Crewe A. B. super ord. commens.
ex Aulâ Cervinâ.

EPITHALAMIA
TO THE
PRINCE
OF
ORANGE.

Britannia bearing in Her grateful Breaſt
Her GREAT NASSAU and Freedom deep impreſs'd,
Doubtful what Wreath of Glory to beſtow,
Calls all her *Heroes* Actions forth to view.
Triumphs in Peace and War before her lay,
From theſe to be inſtructed what to pay;
Columns and *Medals* in her Hands were ſpread,
The Honours Antient *Rome* her Heroes paid:
She view'd them all, but cou'd of none approve,
None equal to his Actions, and her Love.
She knew whatever Statues ſhe might frame,
Marble wou'd prove leſs laſting than his Name.
While thoughtful thus upon her Arm ſuſtain'd
She ſat, revolving all her Bleſſings gain'd,
Thy Name, and Youth, and Virtues came in view,
Nor left her doubtful what Returns were due:
She ſaw, and taught by Love, without delay
Aſſign'd to Love, what only Love cou'd pay.
And now in ANNA, Mighty Prince, receive
The higheſt Honours *Britain* has to give:
In thy bleſs'd Arms receive the Lovely Fair,
Nor once ſuſpect there can be Flattery here:
View every Grace by Heaven and Nature drawn,
And in her High Deſert behold thy Own.
What told by others may offend thy Ear,
Praiſes thus told thy modeſt Worth may hear.
View Her with Eyes that do with Love o'erflow,
Nor wiſh, NASSAU, for greater Triumphs now.
From this high Match far nobler ſhall be ſhown
The glorious Courſe thy Anceſtors have run,
And a new Race of Heroes, born to bleſs,
And Freedom give to Nations in Diſtreſs,
To Ages ſhall extend the wond'rous Scene,
And act o'er all their great Exploits again.

Phanuel Bacon Fell. of Mag. Coll.

OXONIENSIA.

PRINCEPS, qui gentem magni famamque tueris
AURIACI, Princeps populo sperate *Britanno*,
Ingredere O! plausus inter strepitusque faventum;
Cerne, tuum ad nomen studio quo concita fervet
Tellus; ut generis memores matresque virique
Lumine Te lustrant avido; dumque ora tuentur,
Assurgunt animis ingentia facta WILHELMI.
Forsitan atque aliquis seniorum dixerit; ergo
Alter adest, justi revoluto temporis orbe,
NASSOVUS; patruum, memini, sic æquore vectum
Hyberno nostris tandem Deus appulit oris.
Illius adventu, quamvis gratissimus *Anglis*
Defessis aderat, quamvis in sede locavit
Turbatos Divos, libertatemque reduxit;
At sensit motum tellus, & signa timoris
Vel servata dedit; jam vero gaudia gentis
Quæ minuant, non arma sonant, nec classica miles
Instruit, ad blandum cantat pubes Hymenæum;
Anglia per latas Hymenæum concinit oras,
Et læto referunt Hymenæum littora plausu.
  Quis sonus ille autem, quidve illætabile murmur
Ingruit infausto contristans omine regnum?
Dî, quibus imperii commissa est cura *Britanni*,
Hunc saltem in meritam juvenem succrescere famam
Ne prohibete; satis sit vobis ipsa decoris
Quod lacrymis CAROLINA litet, quod GEORGIUS oret
Pro genero; nec sîrit Amor tabescere morbo
Sedem qua servata ANNÆ sacratur imago.
  Sed quo te, Virgo, vates lenire dolentem
Audeat affatu, vel quæ solatia sumat?
At tibi non olim curam mœstumve timorem
Incutiet conjux; sed felici omine lætos
Ire dies, *Britonum* valeant si vota, videbis.
Nec minus ingenti pubes hunc nostra WILHELMO
Suspiciet, parilique ambos sacrabit honore:
Te vero forma insignem, studiisque *Minervæ*
Ornatam, nympharum æquabit turba MARIÆ.
Et cum vota ferant; hoc, dicent, scilicet uno
Sint, O! dissimiles, sint multa prole beati;
Quæ magnos vultu referat factisque parentes,
Et decus AURIACUM per longum proroget ævum.

Joannes Potter Episcopi Oxon. Fil. A. B.
K Ædis Christi Alumnus.

EPITHALAMIA

Ου κ ἀνδειδνβοποιὸς εἰμ' ἀχάλμαβα
Ως' ἐργάσαθ' ἑλινύονβα βαθμίδϑ
Εσῶτ' ἐπ' αὐτῆς· ταῦτ' Ελβθεείῳ Διὶ
Αγλῶν Ιλερμῷ ςήσεταγ Βρεταννία·
Πδωτὸς δ' ἐπ' ἀκάτυ, κὴ ταχεῖας ὁλκάδϑ
Γλυκὺ' ἀοιδὴ σεῖχ' ἀπὸ Βρεταννίας
Διαγγελῶσ', ὁθ' ἱερὴν ἐκτελέσας γάμον
Νύμφιω ἔδωκε Γεώργιος Ναασαυΐῳ,
Νύμφιω φρένας τὴ λέσενας κεκτημένην,
Τὸ σῶμα δ' ἐν γυναιξὶ θηλείαις πςέπον,
Αγγλὴ Βρεταννῶν, ἠδὲ Βρανσβικιῶν κλέϑ·
Κιθάραν δὲ κρέειν ἔτις ὧδ' ἔπςαταγ,
Ισόνθ' ὑφαίνειν, ἐν δὲ πάσειν ποικίλοις
Πατέρων ἀέθλυς, τοῖσιν ὥπασαν θεοὶ
Αρεταῖς σὺν ἄκραις ἀγλαΐαν νικηφόρον·
Βάδης θ' ὅθ' ὑπὸ πύργοισιν ἦλθε Γεώργιϑ,
Ωπασε δ' ἐκ χειμῶνος ἐλθὼν εὐδίαν·
Πεδίοις τ' ἐν Ουδενάρδιοις ὅταν κλυτὸς
Πατὴς ἀρισεύεσκεν, οὐδὲ τ' καλῶν
Απειρον ἤβλιω ἐδάμασεν χειᾶς ὕπο.
Πινυτοὶ δὲ θυμὸν κὴ ψύοντο σώφρονες,
Καὶ χερσὶ κὴ βυλαῖσι φέρταβοι βροτῶν·
Αβοατὶ γὺ θεναιετώντων κοιρανέων
Αὼτος ἀξίαισι κείνων ἤθελεν
Εκὼν πιθέαϛ, κὴ δίκη ξενάρχει.
Οἶκον δ' ἐπαγνέουσα Μῶσα φιλτάτῳ,
Ναασαυΐων μὴ κρύπτ' ἀγακλυτὸν γένϑ,
Σεμνόφρον Φόρμιγί δ' ἐπέτω κλέϑ·
Αλλ' ὦ πατρῶα γῆ, θεοίτ' ἐγχώριοι,
Περόφρονες Ιλερμοῦ κλῦτ' ἀείμνηςον κλέϑ,
Σύ τ' Οξόνιον μάλιςα, σοῦ γὺ ἤλυθε
Δίκη καθαρτὴς ϖρὸς θεῶν ὡρμημένϑ
Ιλερμὰς, ἀγαθοῖς ὐ φθονῶν, ἀσοῖς φίλϑ,

Ξείνοις

OXONIENSIA.

Ξείνοις πατὴρ θαυμαστὸς, ὃς νῆσον κτίσας
Ἐν τοῖς Ἐλευθερίας θεοδμήτοις νόμοις
Δυσλεῖας εἷλκεν ἐκ βαρείας Ἀγγλίαν.
Ναασαυίων τοῖσδ' ἐκγόνοις δίδω θεὸς
Καὶ τῇ πρὸς ἀστῶν, ἠδὲ πρὸς ξένων χάριν·
Ὁδὸν γὰρ εὐθυπορεῦντες ἐχθρὰν ὕβρεως
Τεθμοῖς θέλουσιν ἐν Πατρῴοις μένειν.
Σὺ δ', ὦ ποθεινὲ γαμβρὲ, μάρτυρ τῇ ἐμῇ
Λόγων ἀρίστου, σε Στρατηγὸν ἔλπεται
Πατρὶς· σε γαμβρὸν εὔχεται Γεώργιος,
Σὸν Καρολῖνα πενθερὰ κικλήσεται.
Ὦ χαῖρε νύμφη, γαμβρὲ χαῖρ' εὐπένθερε·
Εὐτεκνίην δοίη μὲν ἡ κρείσσων Φύσις
Λήτω· Κύπρις δ' ἔρωτ ἀλλήλων ἴσον·
Σωτεῖρα δ' ἡ Τύχη μετ' ὑμῖν ναιέτω,
Ἡδ' Εὐνομία τε, καὶ κασιγνήτη Δίκη
Βάθρον πολήων ἀσφαλές γ', ὁμότροπον
Ἡδ' Ἡσυχία, ταμίαι γε πλούτων ἄνδρασιν,
Θέμιτος μὲν εὐβούλοιο παῖδες χρύσεαι.

Rob. Hoblyn C. C. C.
Sup. Ord. Comm.

CHarus *Batavis*, charior *Angliæ*
Accedis Hoſpes, NASSAIDUM decus;
Cui fama majorum ſuperſtes,
Et propriæ peperêre dotes
Feſtos honores: hinc tibi regiæ
Panduntur aulæ; primaque virginum,
Stipata plaudentûm catervis,
Te thalamo recipit jugali.
Te, Chare *Princeps*, & Laribus tuos
Præfert *Britannis*; Te ſequitur comes,
Quo magnus *Hollandas* ad urbes
Pertulit AURIACUS MARIAM.

EPITHALAMIA

O fauſte *Princeps*! Filia GEORGII
Cui ſe Marito; cui genero libens,
Cum prole, virtutemque, & artes
Ipſa ſuas CAROLINA tradit.
Gaudete BELGÆ, navigat altera
Britanna Conjux; mittitur alterum
Angliſque, & antiquæ *Batavis*
Pacis amicitiæque Pignus.
Firmata tali Fœdera vinculo
Stabunt in ævum: ſolvite carbaſa
Belgæ, *Britanni*que; & per omnem,
Qua pateat, date jura pontum.
Junctas remoto littore *Sarmata*
Optat carinas: vos *Siculum* mare
Viſetis, avulſamque Pacem
Auſoniis referetis oris.

Robertus Foulkes LL. B.
Ædis Chriſti Alumnus.

NAssovus ANNÆ dum thalamos petit,
Nereus trementes obruit otio
Ventos, ut inſtantes labores
Fatidicus, variamque ſortem
Cantaret: Eheu! quantus ades dolor
Genti *Britannæ*, quas lachrymas moves
Tuis relictis, dum medullas
Pigra febris populatur igne.
Fruſtra ſalubres turba medentium
Succos miniſtrat, nil medicus labor,
Nil ſuccus omni, quam feraci
Terra fovet gremio, valebit
Expreſſus herba; *Bathonio* ſalus
E fonte ſurget, quo neque carior
Fluit *Britannis*, certiorve
Pollicitas ſibi magna Parcas
Fraudare --- Sed me lætior avocat
Imago pompæ, quis ſonus advolans
Impellit aures? qui tumultus
Lætitiæ, properique plauſus?

Rurſuſne

Rurſuſne nuptam jam videor *Thetin*
Spectare? rurſus *Jupiter* agmine
Cinctus deorum linquit aſtra
Egregium decorans triumphum?
En! Pompa major. Macte! tori decus
Cui Virgo ceſſit, quæ ſuperat *Thetin*
Formoſa, quantum vincit ortas
Oceano *Thetis* ipſa Nymphas.
Da vela; fauſta ducis avi domum,
Fæcunda cladem quæ generis tui
Rependet, infenſamque ſævis
Progeniem pariet Tyrannis.
Utrinque quid ſi ſævius ingruant
Martis procellæ, ſi *Lodoix* fremat?
Flagrante ſecurus tumultu
Tu patriæ in gremio quieſces;
At non aviti nominis immemor
Mox ipſe prodas magnanimum genus,
Læſaſque leges afferentem
AURIACUM veneretur orbis.

Thomas Salter Ædis Chriſti Alumnus.

AD SERENISSIMUM

PRINCIPEM *AURIACUM.*

AUdax NASSOVII cum vellem dicere laudes
Egregias, Thalamumq; ANNÆ, venereſq; decoras;
Cynthius admonuit. --- Tenui non talia plectro
Conveniunt; tantos nequicquam aſſurgis in auſus!
Siſte parumper opus: Quis enim depingere digne
NASSOVIUM poſſit, pulchræ vel amabile fulgur
ANNÆ? --- Depoſui calamum, ſic ſuaſit *Apollo*.
At cum *Pieridum* penetralia læta ſubires,
Ut vidi ingenuos mores, vultumque ſerenum;
Ut vidi Pubem pendere loquentis ab ore
Aoniam, ſubito mentem novus impulit ardor;
Hinc quoque grata ſuum Vectigal ferre Camœna
Geſtit, & inſolitos Virtus Tua ſuſcitat ignes.
Tu mihi Numen ades; quem non conceſſit *Apollo*,

EPITHALAMIA

Quem Natura negat, facit en! Reverentia verſum,
Quemque mereris, Amor. --- Siquid mea vota valebunt,
NASSOVIOS longum Conjux demittet in ævum,
Queis *Rhedycina* ſuos olim perſolvet honores.

Tho. Smallbrook
Rev. adm. in Chriſto Patris Epiſ. Lich. & Cov. Fil.
Coll. Trin. Schol.

LAte per orbem dum rapidæ ruunt
In bella Gentes, & medius *Furor*
Ciet tumultus, inſtruitque
Sanguineam *Libitina* Scenam,
Hinc ite curæ; *Pax* placido ſedet
Hic alma vultu; Blandus adeſt *Amor*,
*Hymen*que feſti Nuptialis
Lætificum inſtituit Triumphum.
Memor WILHELMI, & NASSOVIÆ Domus,
Ornare pompam Gens ſtudet æmula,
Et parva Muſæ feriatæ
Dona ferunt animo benigno.
O magne PRINCEPS! ne pelagi minas
Sævi queraris, Febris & invidæ,
Moræque cauſas. En! ab ipſo
Ducis opes, animumque morbo.
Quali MARIAM lætitia ſuam
Perfudit olim NASSOVIUS redux,
Tali ſalutat Te receptum
Poſt varios pia Nupta Caſus.
I, digna tantis & meritis cape
Quæ ſumma donet Præmia GEORGIUS;
I, Digne Sponſa! *Belgica*ſque
Gaudia jam renoves per oras.
ANNA O ſecundis per placidum mare
Det vela ventis, progeniem novam
Datura terris, & futuro
Delicias columenque ſæc'lo.

Ric. Smallbrook
Rev. adm. in Chriſto Patr. Epiſ. Lich. & Cov. Fil.
& Coll. Univ.

OXONIENSIA.

AD

REGEM.

ILluxit, Rex magne, dies quæ munere Cœli
Regales thalamos commiſit fœdere ſancto.
Tu Vati, Cytherea, adſis, dictiſque leporem
Imbue; quæ Princeps mortalia fæc'la gubernas,
Regiaque æterno devincis vulnere amoris
Pectora; qua ſine nil pulchrum, nec amabile quicquam
Naſcitur; edoceas *Hymenæos* pingere honores
Carmine quo poſſim, tædaſque ornare jugales.
En! decus *Auriacum* Juvenis, quem jactat alumnum
Belgia, ab heroum demiſſum ſtemmate longo:
Qui genus exornat meritis, non geſta paterna
Inſcribens ſibi, ſed propriis Virtutibus ardens
Nititur ad veram genuino Lumine famam:
Haud Luxu patitur florem torpere juventæ;
Alea non pernox tenuit, neque fœda voluptas,
Nec fregere animum pellacis dona Lyæi.
Ingenium huc ſuave accedit, moreſque venuſti,
Mens prona hoſpitibus, ſine magnificentia faſtu,
Et ſincera fides, & neſcia fallere Lingua.
Dignior haud alius quem Tu tibi, maxime Cæſar,
Adſciſcas generum; neque quem Tu, Regia Virgo,
Conſortem thalami, diviſaque gaudia libes.
Quare agite, ô Divæ, redolenti flore Corollam
Tempora nectentes redimite, auroque decoros
Et gemmis radiata recens jam nupta Capillos
Prodeat, unanimi Charitum ſtipante Corona.
Ipſa quidem Nympha ante alias cumulata deorum
Muneribus, cui forma decens, forma tamen ipſa
Pulchrior eſt animus, ſeu diæ Lumina mentis,
Ingeniumque ſagax arte expoliente magiſtra,
Ingenuos ſeu tu mores puroſque receſſus
Pectoris, & vitio cor inviolabile ſpectes.
Egregiis ambo macti Virtutibus eſte!
Macti ambo donis *Hymenæi*! Eat omine læto
Conjugium, ô nullos umquam labefacta per annos
Sancta fides, caſtique tori ſincera voluptas

EPITHALAMIA

Perſtet, & urentes abſiſtant Limine Curæ,
Et niveis ſemper foveat Concordia pennis.
Quinetiam zonæ jacturam pulchra ſolutæ
Compenſet ſoboles, Erycina ſecundet amores,
Æqua juvet partum Lucina; & fœta bonorum
Floreat alma domus, dum Phœbus torqueat annum.

R. Watkins A. M.
Coll. Wad. Soc.

Britannorum veterum Homœoſtichon macrodiſtichon, (Britannicè Cẏwydd deuair hirion) ad Normam doctiſſ. Grammatici *Johan. Davidis Rhæſi*, M. D.

FY Nuwies, ẏ fwyn *Aven*,
Bereiddia' Hawl ẏ Beirdd hên,
Clyw ẏn awr, ein *Clio* ni
Yr Aeres ar *Erẏri*;
S'uwch ei Thop na *Rhodope*
Na *Helycon* loyw-lon Le.
Clyw 'r Clŷch ẏn Entrych ẏ Nen,
Rhuad ebrwydd 'r hŷd Wybren:
Clyw ſôn am ein N'wddion ni
A Gwleddoedd ẏr Arglwyddi.
Sôn *dithau* Sain odiaethawl,
Yn glaer fwyn eglura Fawl
I FFREDRIG Llurig ein Llû,
Gorau Gem i'r gwîr Gẏmru;
Sŷdd ẏn D'wyſog enwog yn',
Ail i wiw-lwys LEWELYN,
A f'ai er Mintai 'n 'r ûn man
Fel anturi'o flaen Taran.
Pâr iddo 'n awr, pûr dda'i Nôd,
Lawenẏchu 'n lân uchod,
Fôd mawr-chwyrn *Deyrn* o draw
Yn frŵd addas *Frawd* iddaw:
A Brawd ẏn ẏ Sawd a ſai,
O Dŷ *Orans* nad wyrai.
Yntau er ei ddiau Ddawn
Er ei gymmaint ar Gammawn,
Er nad ofnai Wŷr DẎFNWAL,
Na Chlêdd i'w ddiwedd, na'i ddal;
Er hyn o Glôd *Cẏſgod* cû
Ei Gẏwir-fûn a'i gorfu.

Y Nêf

Y Nêf wâr a'u darparodd
I'w gilydd ŷn fûdd ûn Fôdd.
Yr holl Sêr a GWENER gû
A'u galwodd i'r ûn Gwelu.
Cŷfod hêd goruwch Gwledydd
Wyry' ddoeth, ar ŷ Wawr Ddŷdd:
Gyrr o hŷd dŷ Gerbyd gwŷch
Ar ryw Wynt draw i'r Entrych.
Boed dŷ Lêf hyd ŷ Nefoedd
I gŷfarch gwell âg Arch goedd,
Ar Eiriau têg Arwyrain,
I'r Duw HYMEN gŷmmen gain.
Arch iddo 'n fwyn gŷflwyno
Rhîf ŷ Gwlîth o'i Fendith fo
I'r ddau hyn: urddol fo 'u Hâd,
A mowr-wych eu Cŷmmeriad.
Boed ſôn fel am LATONA
A'i Heppil ddieiddil dda,
Am danynt Hwy: fwy-fwy f'o
Blaid ewaint ŷn blodeuo.
Arch hefyd i GUWPYD gû
Eu gwilio ŷn eu Gwelu,
A'i Oſgordd eirian eſgyd,
A'i Drâs, o'i gwmpas i gŷd;
I'w dal mewn Arial, a Nerth,
Yn bryd-fwyn ac ŷn brŷdferth;
A phôb Gwŷn groes anfoeſol
Arw ei Naws i ŷrru 'n ôl:
I'w Ceurydd na bo'nd Cariad,
A Mwynderau Mwythau mâd:
Hyd oni bo 'n chwyddo Chwant
Llu o Nef ŷn' llawn Nwyfiant.
A hwythau 'r cû Lû ar lêd
A wyrant ar i wared,
I weled rhwydded 'yw Rh'ôl
Eu Mwyniant gwîr-ddŷmunol:
Braidd ŷn ddîg o Genfigen
Gan fwyned a gwynned *Gwen*.
Yr Haul cû pam mor fuan
Yr hedi di 'n Rhôd o Dân,
Dâd ŷ Dŷdd, oeda dŷ Daith,
Mynn Aſſwyn am ûn Noſſwaith:
A hon cŷd ag Wythnos hîr,
Er ei fwyn *Ef* a'r *Feinir*
Heb Loer wŷch i Lewyrchu
Na chwaith Sêr ond GWENER gû.

EPITHALAMIA

Am ŷ *Fûn* nid rhaid unon
Na wêl E'i Gwedd liniedd lon:
Diſgleiria f'a L'wyrcha 'n lân
'Leini o hon'i hunan.
Gwedi bôd mewn Cŷd-fod cû,
Awch NASSAW i'w chŷnneſu,
Diſgleiriach, harddach fydd Hi,
A glanach, na Goleuni.
A'i *Phrŷd* mor hŷfryd a hyn
Y delo fyth i'w dilyn
Hawdd-ammor tramor, bôb tro,
Heb arnyn' gychwyn guchio,
Mewn Gogoniant, Mwyniant Maeth,
A chŷfiawn oruchafiaeth,
A phôb pêth mewn Toreth têg
Na chwynont am ŷchwaneg.

Guil. Wynn A. M. è Coll. Jeſu Sch.

Carmen Arabicum.

ايها اهل برطانيه ان يومكم هذا العرس
اشرف الايام وليلكم هذا الانوار ،،
يوم الفرح الاعظم والسرور الكامل
ليل الاكرم ليل الاستبشار ،،
الذي فيه الامير النارذج الاكبر
من نسب ارباب الامراء بيت النسّاء ،،
رضي الله تعالي عليهم وعلي الهم
يتزوج بحنّه الجميلة النساء ،،
وانت يا عروس بهي في الحسن
افضل من كل بني البشر ،،
تقلد سيفك قوي ايها الجبار
وتقاتل جميع عدو المشر ،،
وايتها حنّه جميلة ابنت الملك
يدخلوا بك وبعروسك بثياب مذهبة ،،
بفرح وتهليل الي بيت الله
ثم الي هيكل الملك بغلبة ،،
عوض ابايك يكونوا لك ابناء
يقيمهم الله رووساء علي جميع الارض ،،
ويذكرون اسمه في كل جيل جيل
ويعبدوه سبحانه الي يوم العرض ،،

Johannes Gagnier A. M.

QUO Te fugacem per loca devii
Sequemur? Eheu! Te ſine Purpuræ
Languent honores, languet omnis
Et Jocus, & Venus, & Cupido;
Peruvianum ſeu nemus incolis
Urbes relinquens, & mare naufragum;
Seu Fonte lætam puriori
Sulphureæ tenuere *Baiæ:*
Vocata longum ſollicita prece
Veni citato DIVA SALUS pede!
O Vita vitalis WILHELMUM
Redde Sibi, volucriſque fati
Morare pennas! DIVA SALUS veni!
Servans beati nominis Hoſpitem,
Nymphæ futurum redde Sponſum
Incolumem, patrioque Cœlo!
Videtis? audit Diva favens preces.
Dilecte PRINCEPS! jam Tibi ſoſpiti
Theatra plaudunt; & celebres
Inſtituit *Rhedycina* pompas.
Te Literatos inter & Aulicos
Illuſtre Nomen! Te Generum petit
GEORGIUS; Te caſta gaudet
ANNA viro; Face nuptiali,
Magniſque Virgo digna Parentibus:
Teſtata quid Mens, rite quid Indoles
Formata poſſit CAROLINÆ
Matris ad arbitrium docentis.
Tecum peractis Illa laboribus
Fruetur olim. En ipſe placet Dolor
Exhauſtus! & Talem per ipſa
Damna juvat meruiſſe Sponſam.
O Conjugalis Lumina fœderis!
O juncta fidis Pectora amoribus!
Vos Muſa cultrix Caſtitatis,
Muſa Lyræ ſtudioſa ſero
Mandabit ævo: jam videor mihi
Promiſſa Lecti pignora cernere;
Virtute præclaros & Armis
NASSOVIOS video futuros.

EPITHALAMIA

I deſtinatis utere Honoribus!
I Magne PRINCEPS! *Belgia* debitas
Faſces remittit, comprimitque
Seditio populare murmur.

J. Hardres A. B. & C. C. C.

WHile Crouds officious to declare their Joy
In ruſtick Layes their uncouth Rhimes employ;
Shall thoſe Bright Seats, where *Phœbus* ever reigns,
Sullen refuſe their more Harmonious Strains:
To WILLIAM's Shade, too much *Britannia* owes,
The Tyrant's Scourge, and Reſcuer of Her Laws.
Immortal *Prince*, if kinder Fates decree
Kings hence tranſplanted ſhall their Empires ſee,
Where'er Thou Chooſeſt to erect Thy Seat,
And ſhine Protector of the Brittiſh State,
With radiant Beams propitiouſly look down,
And view thoſe mighty Kingdoms once Thy own.
See one by one transfer'd Thy Virtues ſhine,
Still with freſh Luſtre in the NASSAU Line.
Hail, Gracious *Prince*, whom Guardian Heavens engage
Th' Illuſtrious Pattern of the riſing Age;
O born in ev'ry varying Scene to pleaſe,
And grace all Stations with becoming Eaſe;
Such NASSAU was ſhall future Times agree,
When They wou'd form a *Prince* compleat as Thee.
Thrice happy Day! that joyns the *Belgian* Shores,
To *Albion*'s Iſle and makes that NASSAU ours.
Hence ſhall new Records take their Happier Date,
Auſpicious Æra of the Brittiſh State.

G. Coſtard M. A.
of Wad. Coll.

אשירה זמרת נכבדות
יתן עם לשר תפארה
איים יריעו קול ששון
ארץ ויישבח שרה
כי נסוים התחתן
את בת מלך רבים גויים
ויקח לה גם מורשה
טובה גם ברכת שמים
המה נאדרים בין מספר
אבות גבורים יצליחו
יירש זרעם שער שנאיו
המה כפרח יפריחו
כרכת אל תרד על ראשם
כי תמיד במקמות ארצם
יעשו אמנם מצות עליון
ובתורתו יהיה חפצם

Ric. Brown A. B. Trin. Coll. Sch.

I.

DAvgleich Britanniens Macht unuberwindlich stehet,
And ihre Reichthums Quell'n gantz unerschoepflich sind,
Doch, dass es heisset Grosz und allen weit vorgehet,
Ist, dass man in demselb'n noch viel was Edlers find.

II.

Befreyet seyn von Geist=und Leiblich'n Tyranneyen,
Nicht fuhl'n den Grausam'n Zwang, der die Gewissen quaelt
Was unser eygen ist, geniessen mit Gedeyen
And ohne Furcht, dis ists, was Eng'land veste haelt.

III.

Das Goetliche Geschlecht jetzt Albions Kronen zieret,
Das, Gottgleich, wuzksam ist zu seines Volckes Wohl,

Und nicht eh'r zuhen kan, bis es hat Etabliret
Das Heyl, das Rinds Rindern, ja ewig waehren soll.

IV.

Des Koenigs Tochter wird mit einem Printz vermaehlet,
In dessen Aderen das Blut der Helden quilt
Die vol Triumphs und Rhums von selben sind entseelet
Wenn der Tyrannen Wuth dadurch nur ist gestillt.

V.

Der unerschrockne Muth der tapfern Nassaus Fursten
Hat sterbend Niederland von Todt und Hoell erloest
Und in den Stand gesetzt, den Wilhelm aufzurusten
Erloesern Engelands, das von Hulff waz entbloest.

IV.

Die weise Providentz des Britannischen Georgen,
Die des Volcks hoechstes Gut so unermudt behut,
Erwehlet, mit dem Printzen, Annam zu versorgen,
Der Wilhelms Nahmen hat, die Tugend und Geblut.

VII.

Das Bild der Gottheit, das in Carolina glaentzet,
Ist auch ins Furstlich Hertz der Anna eingedruckt,
Wie Kronen, Gnad und Weisheit, ihre Haeupter kraentzet,
Des Schoepfers Tugenden, wenn er die Welt begluckt.

VIII.

Der Himmel woll zu seinen Gunstling'n ewig waehlen,
Setzen der gantzen Erden zur Ergoetzligkeit
Wilhelms und Annens vertraute Fursten Seelen,
Damit ihr Wohl und Ruhm bleibe in Ewigkeit!

IX.

Das Siegel, seiner Gunst woll uns Gott gnaedig zeigen,
Printzen und Princessinnen von ihrer Lieb zu seh'n
Dass Georgii Geschlecht und was dem Volck ist eigen
In Gross Britannien moeg immerdar desteh'n!

Johannes Seidel Sup. Ord. Com. è Coll. Reg.

FAustos, *Phœbe*, Dies, & quæ tam læta tulisti
Tempora commemora. Puppim *Cythærea* per æquor
Transtulit, & nostras classem devexit ad oras
Incolumem, magni vehitur qua magna Propago
AURIACI; *Britonum* quo sospite, quoque *Batavæ*
Exultant Gentes, GULIELMIque umbra superbit.

Salve

OXONIENSIA.

Salve NASSOVI, ſalve clariſſima Proles,
Diis genite, & geniture Deos: En GEORGIUS ultro!
En tibi Connubio natam ſociare fideli
Accelerat CAROLINA; memorque *Britannia* Laudum,
AURIACÆque domus, iterum felicibus almam
Nectit amicitiam, & concordia fœdera jungit
Auſpiciis. Tu diva *Venus*, Cœlique patentis
Numina, connubiis placide arridete Beatis.
Vobis NASSOVI, vobis communiter ANNÆ
Cura datur, plenos Cœlo diffundite rivos
Lætitiæ, ſtudiiſque ambos animiſque fovete;
Semper Amor placidus mentes regat, & bonus Ille
Fœdere ſervet *Hymen*, quos fœdere junxit amantes.
Dicite vos ANNAM, NASSOVUM dicite Muſæ;
Illum *Phœbus* amat, *Phœbi*que chorus colit omnis:
Mulcentem ſpiſſi ſubſellia plena *Theatri*
Vidimus eloquio, dum gentis turba togatæ
Aure bibit dulcemque ſonum, mellitaque verba;
Quis digne Laurus, quis tanti dicat Honores,
Virtuteſque viri, cui mentem animoſque virile,
Et GULIELMUS ovans, & Avorum nobilis Ordo
Inſpirat, Patriæque jubet non cedere Famæ?
AURIACÆ Quantum debes *Brittannia* genti
Teſtis Relligio, & ſervati ex Hoſte Penates.
Quo feror? Uſque novi mihi copia creſcit honoris,
Et jugis inſtar aquæ nullo tenuatur ab hauſtu.
Ominibus longum pulchra ANNA fruare ſecundis,
Quam *Venus* ante alias Nympharum diligit omnes,
Prælatamque ſuis quas Gens habet *Angla* Puellis.
Felix Nupta, quibus te Cœlo Laudibus æquem?
Cui virtus, pulchri Cui gratia contigit oris,
Cui CAROLINA Parens, Generis Cui GEORGIUS Auctor!
Vobis Quiſque dies, Vobis Sol Quiſque recurrens
Et melior redeat, melioraque tempora ducat,
Famaque venturis memoranda nepotibus uſque
Creſcat Laude recens; nec magni nomen obumbret
Invidia AURIACI, nec tanti Sanguinis Hæres
Intereat; Gentiſve decus, Columenque *Britannum*,
*Belgarum*que ruat; dum longi temporis ordo,
Vaſtaque totius ſolvatur machina Mundi.

Radclyffe Howard è Coll. Æn. Naſ.

EPITHALAMIA

AD

PRINCIPEM *AURIACUM.*

DUM Patriam ſtudiis ornas, Virtute miniſtras,
Res & *Arauſiacas* Armis & Pace tueris,
Currit ad extremas victrix tua gloria gentes.
Te tamen ingratus propria conſpexerat orbis
Surgentem Fama, quem non *Germanica* Tellus
Invida, nec merito *Gallus* dignatur Honore,
*Hiſpanuſ*ve --- & tanta viget ſine munere Virtus?
Id metuens veteriſque memor gratiſſima tellus
Anglia Conjugii (primum quod geſſerat olim
Fælicique Pari, Angligeniſque ſacraverat *Hymen*)
Te vocat amplexu, ut meritis pro talibus Uxor
Muneret, & pulchra faciat Te prole Parentem.
Scilicet hoc olim voluerunt Fata, diebus
Venturis gemina ut diverſo ex ſanguine felix
Naſcatur Soboles, Juvenum celeberrimus alter
Alter quos *Britones* habuere favente Minerva,
Fæmineis prælata Choris committat in unum
Pronuba quos *Juno*, & jungat maturior ætas.
Hoc Cœlum & Superos credo curare, Miniſtrum
En *Jovis* agnoſco portantem Juſſa per Auras;
I, pete, *Belgarum* ſoſpes rediturus ad oras,
I, ſequere *Angliacam* ventis atque auſpice gentem
Neptuno, Te Regna manent ſocialia, ſponſum
ANNA manet, longumque novam petit *Anglia* prolem.
At non infames Scopuli, non turbidus Auſter
Nec Maris hiberni triſtis confundet Imago;
Invida ſed Febris paulum divertet amores,
Connubium abrumpet præſens pactoſque Hymenæos.
Hunc fama major, fida, *Cheynæe*, levabis
Arte, vel amiſſum melior dabis, ANNA, vigorem.
Tum demum erepta dubiæ formidine mortis
Extinctas reparare faces Hymenæus, & urbem
Luminibus complere, & Serta parare jubebit.
ANNA, mereris enim, tibi primas ecce Corollas
Vir voveat, totumque tibi ſe tradat amantem:
Conſcius illius, quem dudum innupta timorem
Præſtiteras ægro, longi ne tædia morbi

Fœde-

Fœdera diſſolvant fatis ineunda, futuræ
Quæ Deus æterno Pacis jam pignora firmat.
Ergo age per populos properabis Fama morantes
Aut *Camum* quicunque bibunt aut *Iſidis* undas
Nuntia felicis Thalami; totumque per orbem,
Unitaſque domos conjunctaque Regna ſonabis.
Audiat invitus demiſſo *Cantaber* ore,
Invideatque novas tellus *Germanica* pompas.
Interea Juvenis narrantis ab ore Parentis
Intentus pendet, dum Tu præcepta, GEORGI,
Fida refers, & recta doces moderamina Regni.
Tu melior noris ANNÆ, CAROLINA, volenti
Parentem ſuadere animum; Tu ſemina primum
Inſereras Fidei, & multum Pietatis Amorem.
Quin parcas demum longo tua tempora, Princeps,
Si ſermone morer; veſtra en Te *Belgia* poſcit
Pollicitum, & quærit noſtros iterare Triumphos.
ANNA vale --- Patriæ Fines & linquere Regna
Quid ſi ſorte datum! per Te ſociabilis exhinc
Confluet oceanus, quos & diviſerat olim
Diſtantes conjunget agros, populoſque remotos.

Gul. Crawley è Coll. Pemb. A. B.

To his Highneſs the PRINCE *of* Orange, *on his coming to* Oxford.

REceive, lov'd PRINCE, the tribute of our praiſe,
This haſty welcome, in unpoliſh'd lays.
At beſt, the pomp of ſong, the paint of art,
Diſplay the genius, but not ſpeak the heart;
And oft, as ornament muſt truth ſupply,
Are but the ſplendid coloring of a Lye.
Theſe need not here; for to a Soul like thine,
Truth, plain and ſimple, will more lovely ſhine:
The truly Good but wiſh the verſe ſincere;
They court no Flattery, who no Cenſure fear.
Such NASSAU is, the faireſt, gentleſt mind,
In blooming youth the TITUS of mankind.
Crowds, who to hail thy wiſh'd appearance ran,
Forgot the Prince, to praiſe and love the Man.

Even parties, where eternal diſcord ſways,
Now think and ſpeak *one* language -- 'tis thy praiſe!
Such ſenſe with ſweetneſs, grandeur mix'd with eaſe!
Our nobler youth will learn of thee to pleaſe:
Thy bright example ſhall our world adorn,
And charm, in gracious princes, yet unborn.
Nor deem this verſe from mean Deſign proceeds,
That vice of Courts, the ſoil for baneful weeds.
Here plainneſs dwells, and honeſt truths are taught,
To guide and govern, not diſguiſe the thought.
See thoſe enlighten'd Sages, who preſide
O'er learning's empire; ſee the Youth they guide:
Behold, all faces are in tranſport dreſt;
But thoſe moſt wonder, who diſcern thee beſt:
At ſight of thee, each free-born heart receives
A joy, the ſight of princes rarely gives:
From tyrants ſprung, and oft themſelves deſign'd,
By fate, the future *Neros* of their kind:
But tho' thy blood, illuſtrious Stranger, ſprings
From lawrel'd heroes, and from warrier kings,
Thro' all the mighty ſeries, charm'd, we trace
The friends of Liberty and human Race!
Oh born to glad and animate our Iſle!
For thee, the heavens look pleas'd, the ſeaſons ſmile.
For thee, late object of our tender fears,
When thy life droop'd, and *Britain* was in tears,
All-chearing *Health*, the goddeſs roſy fair,
Attended by ſoft ſuns, and vernal air,
Sought thoſe *fam'd Springs*, where, each afflictive hour,
Diſeaſe, and Age, and Pain, invoke her power:
She came; and while to thee the current glides,
Pour'd all her ſelf into the living tides.
Hence, thro' thy boſom that prompt life deriv'd,
Hence, with thy health, the drooping world reviv'd.
Proceed to emulate thy race divine;
A life of action and of praiſe, be thine.
So great, ſo glorious, thy Forefathers ſhone,
No Son of theirs muſt hope to live unknown:
Their deeds will place thy Vertue full in ſight;
And Vice, if Vice thou haſt, in ſtronger Light.
If to thy fair beginnings ſtrictly true,
Think what the world may claim, and thou muſt do:

The

The honours, that already grace thy name,
Have fix'd thy choice, and force thee into fame.
Even ſhe, bright ANNA, whom thy worth has won,
Inſpires thee what to ſeek, and what to ſhun.
Rich in all outward grace, th' exalted Fair
Makes the Soul's beauty her peculiar care:
Her angel face will thy heart's *Softneſs* charm;
Her nobler mind thy *Public* boſom warm.

David Mallet B. A.
of St. Mary Hall.

WHenever Princes fight, or Princes love,
The Muſes note them in the liſts above.
Cæſar ne'er warr'd or wanton'd with his Queen,
But riſing Poets drew the vary'd Scene;
Whilſt charming *Cleopatra* joy'd to find,
Cæſar to love as well as war, inclin'd.
When'ere, Great PRINCE, you quit the Hoſtile Plain,
Tir'd with the heaps your Conqu'ring Arm has ſlain;
With chaſter warmth and more attractive Art
Will Virtuous ANNA take you to her Heart.
Juno, do Thou their mutual Loves prolong,
Till Time admires to ſee their Paſſion Young,
And if the Subject World deſerves your Eye;
Or if you prize the greatneſs of your Sky;
Proſper the Bloſſoms riſing from their Joy,
Till Time ſhall envy what he can't deſtroy:
Then next Great WILLIAM, where his Virtues ſhine,
To make your Glories perfect, place his Line.
But when we truſt, O *Neptune*, to thy Bed,
The brighteſt Form *Britannia* ever bred;
Firm to thy charge thy rolling waves reſtrain,
And waft thy Guardian Goddeſs o'er the Main:
For *Venus* quits her title to the Sea;
She's neither Queen of Beauty, nor of Thee.
But here, Fair PRINCESS, Cares unnumber'd croud;
Between the Private and the Public Good.
Sometimes the General Welfare claims your Mind,
Not given for one alone, but all Mankind.
Yet ſince the Muſes guide their Steps by you,
Smile when you're here, and ſicken when you go.

EPITHALAMIA

Sometimes let Native Paſſions call you back,
Nor quite bleſs *Holland* for your *England*'s Sake.
Return, and ſnatch the Lawrels from the Grave;
For know the Life you give, you're bound to ſave.
So when the Gods contending, in diſtreſs
Which State the raviſh'd *Proſerpine* ſhould bleſs,
The weeping Parent urg'd her tender Plea,
And *Jove* was forc'd to grant her this Decree.
Equal her time, and Favours to beſtow
Half on the World above, and half below.

M. Cholmeley B. A.
Fell. of Mag. Coll.

אל בתום

גולו בתום בחתונתו
לנשוא השרכם
כי עיתר הגאורג בנתו
אשר מאד הדרכם
אל תיראו גדולים הספנים
עם נשוא נגדכם
לא צרפתים או גרמנים
לא את עירוני נדכם

C. Reynell S. T. B. C. C. C. Soc.

QUid *Dryades* ſaltare parant? quo littora cantu,
Quo Fluvii, Sylvæque procul Monteſque reſultant?
Nec tantùm ingreſſo lætatur *Apolline Delos*;
Creſſia nec tantùm magni *Jovis* Inſula gaudet
Adventante Deo, propiori Numine quando
Implêrit nemora, & greſſu tremefecerit *Idan*.
Se noſtris ſecumque Deos en! ſedibus infert
AURIACUS, Divûm Sanguis: fruſtra invidus *Auſter*
Adverſum fremit, & fruſtra furit arida Febris:
Illum per fluctus, per mille pericula tutum
Urget *Amor*, celeremque regit *Venus* æqua carinam.
Tuque adeo, generis Decus & Spes ultima magni,
Cui *Britonum* vota indulgent, quem Numina poſcunt,
Ingredere, O! famæ dignus Succeſſor avitæ.
Te (viden.') ut populi excipiunt, plauſuque frequenti
Incolumem ſalvere jubent! Tibi lilia *Nymphæ*
Dona ferunt, multoque intexunt flore corollas:
Nec Te pænituit genialem admittere ramum,
Victriceſque inter Myrtum ſubnectere Lauros.
Te quoque, Regales ducis quæ prima Sorores,
Te quoque *Muſa* canet; nec dedignare canentem;
Quamvis ipſe ſuas *Phœbus* Tibi tradidit Artes,
Et voce, & pulſis modulari carmina nervis.
Ut ſpectare juvat! greſſus quà læta ſuperbos
Intuleris, juvenum florenti cincta catervâ:
Qualis ubi ad Templum quondam pulcherrima *Dido*
Prodibat, qualiſve incedere per juga *Cynthi*
Magna ſolet *Diana*, ſacras ubi Diva choreas
Exercet, gradienſque Deas ſũpereminet omnes.
Talis in ore decor, talis Tibi pectore Virtus;
Candenti dum veſte nites candentior Ipſa,
Vincta comas gemmis, & pacti Conjugis auro.
Quos animo interea ſentit CAROLINA tumultus!
Quæve Patris tacitum pertentant gaudia pectus!
Dum jam forte Domum luſtrans, numerumque ſuorum
Egregium recolens, talem Virtute futuram
Progeniem Tibi, Nata, vovet; taleſque Nepotes
In Genus aſſuetum *Angligenis*, & nomen ituros.
Felices, qui Te tanti genuere Parentes,
O! ventura Virûm Mater, ventura Deorum!
Felix Ille etiam, quocum comes ire per altum

EPITHALAMIA

Non dubitas, *Britonum*que albentes deſeris oras!
At Tibi quæ *Britonas* animo deleverit Hora?
Quæve Domûs poſthac tanget Te cura relictæ?
Heu! quoties notæ fratrum unanimûmque Sororum
Deliciæ, heu! quoties memori Tibi mente ſubibit
Aut Patris aut charæ dulciſſima Matris Imago?
Cumque erit, ut ſolito Venatu abſumere lucem
Forte velis, placitove ſimul cum Conjuge lenes
Ad fidium numeros (per amica ſilentia Lunæ)
Cymbâ vecta levi tacitum laberis in amnem;
Nec *Tamum* intereà, nec tum meminiſſe pigebit
Vindſorios olim ſaltus, venatibus aptos.
Iamque vale: Te ſaltem oculis ſuper Æquora longè
Proſequimur fugientem, & vela tumentia ventis.

Gulielmus Freind Ædis Chriſti Alumnus.

TUmultuantes dum *Viſulam* fero
Vexant Cohortes Hoſpitio, tremit
Dum *Rhenus*, improviſa ne Vis
Irruat, Imperiumque frangat:
Vultu ſereno fortior *Anglia*,
Illæſa Rerum Naufragio ſedes,
Polonicæ ſecura Princeps
Quis dubius metuatur oræ:
Te viſit, ad Te Signa tulit ſua
Regina *Cypri*: Signa Tibi hæc habe
Noſtra, inquit; accendatque Amoris
Militiam Tuba molliorem.
Io triumphes! Diva *Britannia*,
Io triumphes! Ecquis enim Pudor
Sit Gaudiis? Ecquæ vagantem
Lætitiam cohibere poſſint
Fræna? Ille noſtris ſedibus appulit
Optatus Hoſpes; Ridet & ipſa Hyems
Jam blanda, vernans, explicatque
Sollicitam recreata Frontem.
Optatus Hoſpes, nec ſine Diis, adeſt
WILHELMUS alter! Currite Sæcula,
Dixere Parcæ, devoluta
Currite candidiore Filo.

Quin

Quin fida, Magnum quæ Juvenem tulit,
Navis ſecaret dum Mare, *Nereus*
Has fertur in Voces futuri
Gaudia vaticinatus Ævi.
"WILHELME! Felix O ter & amplius
"Heros! Profundi non Tibi tædia
"Emenſa nequicquam: Tuoſque
"Grande manet Pretium Labores.
"Alter miſellus Divitiarum egens
"Per noſtra quærat Regna *Peruviam*:
"Demens Hic *Indorum* retortis
"Luminibus radiare Gemmas
"Miretur: Audax & Pelagi vias
"Laceſſat Illâ Merce Beatulus:
"Superbiet NASSOVUS ANNÆ
"Splendidior Dominus Maritæ:
"O Qualis ANNÆ purpurea in Genis
"Ridet Juventus! Plurima Virgini
"Quæ Suavitas ſuffuſa! Spiratque
"Illa Tibi faciles Amores.
"Formoſiorem non Ego *Cypriden*
"Vidi Marinam: Vidi Ego, cum ſui
"Pompam Decoris, Gratiaſque
"Fuſius explicuiſſet omnes.
"O! Quanta ſurget Fama *Britanniæ*,
"Cui Signa Signis addita *Belgicis*
"Cognata? Quas non Hæc per Oras
"Juncta fremet Rabies Leonum?
"Jam jam Tonantem cerno *Britannicum*:
"Sui Miniſtrum Fulminis ocyùs
"Urget *Wagerum*; Jam furentes
"Dirigit impetuoſus Ignes:
"Maris Tridentem Jam quatiens manu
"*Neptunus* alter GEORGIUS, æquora
"Non amplius diviſa Ponti,
"Et liquidum regit Unus Orbem.

Theede Heywood Commenſ.
è Coll. Merton.

EPITHALAMIA

QUum *Thetis Æmoniis* arderet *Pelea* Sylvis,
Dignata in Thalamos ſumere Diva Virum;
Quiſque ſuo ornavit ſolennes Numine Pompas,
Et Conſanguinei Dona tulere Dei.
Jupiter Ambroſias expers jam Fulminis Eſcas,
Nectarei & præbet Pocula larga Meri.
Dat Socer æquoreis Gemmas *Neptunus* ab Antris:
Atque ultrò Ceſtum dat *Venus* alma ſuum.
Cæruleas Sponſæ Veſtes fert *Gratia* triplex:
Commixtis *Dryades* florea Serta Roſis.
Et Baccis Diadema nitens tulit *Amphitrite*:
Donaque *Nereïdes*, *Naïadeſ*que ferunt;
Hæ Lapides, Conchaſque; hæ rubra Coralia portant:
Mirantur Gazas *Othrys* & *Oſſa* novas.
At quid Connubiis addat tam rara Supellex,
Carmine ni feſtum ſacret *Apollo* Diem?
Ergo Lyram pulſans, *Hymenæum* invitat; & ipſum
Peliden Vates fatidico Ore canit;
Jam *Simois*, timet iratum jam *Xanthus Achillem*!
Jam cæſo infelix *Hectore Troja* cadit!

Sic dum cœleſtem ducit NASSOVIUS ANNAM,
Ultrò dat Tellus, dat ſua Dona Mare.
India fert Gemmas, *Panchaïa* mittit Odores;
Exornant Nuptam *Serica* Fila novam.
Filia ſi jubeat, devectus Claſſe Paternâ
Totus in *Angliaco* Littore Mundus erit.
Muneribus certant, *Batavum*que *Britannia* Sponſum,
Angliacam Sponſam *Belgica* Terra colit.
GEORGIUS En! etiam *Vittæ* Socer addit Honores;
Et nova de Generi Pectore *Stella* nitet.
Infert ſe Pompæ Mater CAROLINA jugali;
Et Natæ Veneres commodat Ipſa ſuas.
Quis verò ad Thalamos *Hymenæum* Carmine ducet?
Quis novus argutam tanget *Apollo* Lyram?
Ecquis jam Vates, venturi præſcius Ævi,
AURIACAM Sobolem, & Facta futura canet?
Parce tuæ, PRINCEPS, O! Turbæ parce Togatæ;
Non valet ad tantos noſtra *Thalia* Modos.
ANNA, fave! En tenues Vobis *Permeſſidos* Undas,
Sertaque, ſed minimo lecta decore, damus!

Sponte

Sponte ferunt tamen hæc veſtræ Munuſcula *Muſæ*;
  Sponte ſuas jungunt *Camus* & *Iſis* Opes.
Carpite de Calathis. Quo Flore ornabit odoro
  Muſa nimis ſacras officioſa Comas?
Dat *Camus* Lauros, victrici præmia Fronti;
  Quas Tu, NASSOVI, *Martis* ob Arma feres.
Iſis habet Myrtos, ſpecioſis digna Puellis
  Munera; quas Formæ dat *Venus*, ANNA, tuæ.
Ergo age, necte citò *Laurum*, *Concordia*, *Myrto*;
  AURIACO atque ANNÆ juncta *Corona* placet.

Guil. Ebourne,
è Coll. Di. Jo. Bapt. Com.

DII tandem aſpirant votis, & Regia puppis
Mole ſuâ exultans tranat mare, conſcius ipſe
Subſidit pelago fluctus, rabiemque remulcens
Volvit ad *Angliacas* commiſſum pignus arenas.
  Optime DUX ſalve. Tibi tota *Britannia* pandit
Læta ſinum, geſtitque ſuis Te amplectier ulnis.
Sic Tuus illuſtris NASSOUIUS aſpera quondam
Anglorum fata, & ſortem miſeratus iniquam,
Spumoſos ſecuit fluctus, mediumque per æquor
Stans celsâ in puppi clypeum extulit, omnia latè
Littora, LIBERTAS, ſonuere; exeſa retrorsùm
Saxa ſonum, latè LIBERTAS rettulit Echo.
  Non eadem Te cauſa vocat, non dulcis Avitæ
Libertatis amor, non Relligionis honores
Erepti; Hos propriis ſacros Pater optimus *Anglûm*
GEORGIUS, Hos tutatur, opis nihil indigus, armis.
  Te Thalami, Te mollis Amor, pactique Hymenæi,
Te vocat ANNA Deæ ſimilis, Cui *Flora* roſarum,
Cui *Venus* Ambroſiæ gradienti inſpirat odores.
  Fælix, O nimium Fælix! ſi gaudia nullus,
Nullus tam ſubita interrumpat gaudia luctus!
  Quæ Te ſylva tenet, vel qui Te, *Phœbe*, receſſus?
Nonne vides, Heros ut lecto affixus! ut ægrè
Suſpirans, dulcem fruſtrà reminiſcitur ANNAM!
Nec Tibi *Parnaſſi* ulteriùs juga, nec Tibi *Pindi*
Ulla moram faciant, plectrum jam pone lyramque,
Queis Thalamos celebrare paras, miſceque ſalubres
Dictamni ſuccos, & odoriferam Panacæam.

EPITHALAMIA

Phœbus adeſt, vultuſque obtentu nubis inumbrans
Præbet opem occultè medicans: ſimul arida Febris
Vis fugit, atque novæ redeunt in priſtina vires.
Salve iterùm, O PRINCEPS, iterùm datur ora tueri,
Ardenteſque oculos, quos nec crudelia fata,
Nec rabies *Stygii* potuit fœdare Tyranni.
Dii quibus in primis eſt chara *Britannia*, ruptis
Jam tandem fatis, vicere, atque omine fauſto
Te ſacra juſſerunt ſponſum in penetralia duci.
Te tanquam ereptum Libitinæ faucibus ANNA
Excipit, æqua ſuis agnoſcens Numina votis:
Tuque adeò præſens Numen fatearis, & ANNAM
Felici auſpicio ſumas, quam Tempora Myrto
Hymen cinctus ovat ſtabili Tibi jungere vinclo.
Fortunati Ambo! læto hoc clamore reſultant
Sylva, lacuſque omnis; *Rhedicynæ* hos Mœnia plauſus
Non temerè ingeminant; Veſtrûm hic nam dulcis Imago
Vatibus occurrit, quoties lætabile Carmen
Vobis per virides meditantur arundine ripas,
Tamus ubi placidè fluit, & cum Conjuge pulchrâ
Iſide miſcet aquas, ſociiſque amplexibus errans
Alluit irriguas Valles Uxorius Amnis.

Gulielmus Lewis Comm.
ex Æde Chriſti.

EXulent longe Pavor, atque Luctus
Crinibus fuſis, lacerâque pallâ;
Nubilos tandem *Britonum* ſerenent
Gaudia vultus.
En! adeſt Sponſæ populique votis
NASSAVUS ſoſpes, veluti repletos
Guttulis flores roſeo reviſens
Phœbus ab Euro.
Læta Libertas volitat per Urbes
NASSAVI gratè recolens honores,
Et ſibi plaudens Pietas Secundam
Proſpicit ANNAM.
Splendidum haud mendax iterat triumphum,
Et gradu incedens *Amor* altiori
Improbo jactat puerile regnum
Non ſine riſu.

Me

"Me colunt Nymphæ, mea ſigna geſtant,
"Et mei pictam ſpeciem triumphi
"Pandit admotis recreans puellas
Machina ventis.
"Publicos ignes juvat intueri,
"Quà cohors *Bacchi*, faciles Jocique
"Confluunt, unum celebrantque magni
Nomen Amoris:
"Percipit PRINCEPS mea tela totâ
"Pallade indutus, pueroque ſervit
"Stirpis & Virtutis ARAUSIANÆ haud
Degener Hæres:
"Et meæ tandem patiens Catenæ
"Matre dilectâ procul ANNA cedit;
"At pios miſcens gemitus retortis
Cedit ocellis. ----
Quin oborturo pietatis imbri
Parce; Tu famæ AURIACÆ torique
Particeps, *Belgis* decus eniteſces
Deliciæque:
Hic Tibi Conſors animi recludens
Copias, deſiderium parentis
Sopiet blando alloquio & leporum
Divite Venâ:
Dum foves prolem ſtudio placenti
Ectypam, mores niveos propinans,
Quos tuæ infudit CAROLINA menti
Regia Nutrix:
Parva ſic grandi propior Parenti
Quercus, exili pia nata trunco,
Surgit, & rarum caput imminenti
Subjicit Umbræ:
Prole ſin Matrem ſpoliet Colonus,
Inſerens terris aliis alumnam,
Creſcit, & magni Jovis invidenda
Emicat Arbor.

Tho. Bagshaw A. B.
e Coll. Mag.

EPITHALAMIA

PAndite Caſtalios, *Muſæ*, mihi pandite fontes!
AURIACI Ducis, & dignos ANNÆ Hymenæos
Aggredior. Quæ Muſa ſilet, cum carmina poſcit
AURIACUS, quo non præſcripſit gratius unquam,
Splendidiuſve ſuis nomen *Rhedycina* Camænis?
Tuque adeò, blandos, *Erato*, quæ ludis Amores,
Adſis O! faveaſque, animis illapſa, canenti!
Agnoſco votis præſentia Numina: Viſum
Nulla hebetat tandem Nubes obducta tuenti.
Jamque procùl video ſenſim faſtigia Tecti
Surgere regalis, ſtudio qua Compita latè
Vulgi exultantis fervent, & conſcius Æther
Lætitiæ, jubare inſolito, flammâque coruſcat
Artifici, fulgurque & non ſua ſidera jactat:
Dum plauſuſque Virûm, & diſploſa tonitrua longè
Aſſenſu ingeminant nemora, & vocalia Saxa.
Aſpice: procedit, Procerum ſtipante coronâ,
Egregia AURIACUM Soboles! Qualis Hyacinthus
Purpureos inter Flores; vel qualis in Auro
Incluſus prælucet Onyx. --- Quæ Gratia Frontis!
Quàm blandâ Gravitate placens! Quæ conſcia Virtus
Enitet, Heroas non ementita Parentes!
Per Matrum attonitas acies, Pueroſque Puellaſque
Obtutu ſuſpenſo inhiantes emicat: (Alas
Nectit *Amor* pedibus, tacitèque inſtillat in aurem,
Ut Sponſa incuſet longa intervalla viarum,
Sollicitiſque Procum nimis indulgere queratur
Stipantûm votis:) dum circumfuſa Senectus
Tempora priſca animis recolens (meminiſſe Juventæ
Uſque adeò juvat elapſæ) multum inſtar euntis
In greſſu, multumque agnoſcit in ore WILHELMUM.
Nec Te, NASSAIDES, pulſis inamabile Nomen
Papicolis, quiſquam arguerit Virtutis avitæ
Degenerem, aut Patrui invictâ Pietate minorem;
Si Te Jura iterùm, ſi Numina læſa *Britannis*
(Quanquam O! Dî meliora) vocent ſuccurrere fractis.
At propior Tu cura Deûm, melioribus annis
Hoſpitia *Angliadum*, cognataque Littora viſis.
Non Tibi, quæ Patruo, ſciſſâ *Diſcordia* pallâ
It comes, aut dirum quatiens *Bellona* flagellum;
Non Iræ, Inſidiæque, aut prævius *Horror* eunti.

Pro-

Pronuba ſed cum Pace Fides, populique faventis
Te ſtudia excipiunt: feſtas prætendere Tædas
Geſtit *Hymen* & lætus *Amor:* tantique Triumphi
Participes, tua concelebrant Sponſalia Divæ,
Poſthabitâ *Cytherea Cypro, Paphiæque Sorores.*
Quis vero effuſus ſubito Nitor atria circum
Incendit, radiiſque ſequaces ſtringit ocellos? ---
Ecce! domus patet intus apertis Regia valvis;
Et ſimul incedit Nympharum ſplendidus ordo,
Obvius AURIACO; --- ante alias ſpectabilis una
Progreditur comitum Dux & Decus: --- O Dea certè!
An Venus? an Veneris pellacia Cingula geſtans
Sponſa Auguſta Tonantis, & artes mille placendi,
Invitat ſimul, & faciles caſtigat Amores? ---
At rubet, en! Juvenem demiſſâ voce ſalutans;
Mollior eſt diffuſa ſerenæ Gratia fronti,
Cordaque virgineus Pavor exultantia pulſat. ---
Vera patet Mulier, --- ſed Regia, --- ſed patet ANNA.
Jamque O! quanta Acies, quantus mihi Carminis Ardor
Sufficeret, nimiâ AURIACUM dulcedine victum
Pingere, & attonito ſimilem! dum pectus anhelum
Gaudia concepta exagitant, & multa paranti
Dicere præcludunt cæptam Suſpiria vocem!
Utve Genas, Oculoſque tuens, roſeumque Labellum,
Et Veneres mente officioſâ mille latentes
Percurrens, ardet, largoſque avidè imbibit Ignes!
Mox gremio infuſus pro Voce loquentia miſcet
Oſcula, Luminibuſque diſertis prodit Amorem!
Quin taceam potius, nec iniquis Verſibus impar
Imminuam, quos ſolus Amans bene pinxerit, Æſtus.
Felices! quorum egregiis Virtutibus æquat
Præmia, qui ſolus potuit, ſocians *Hymenæus*
Concordes animos, & Pectora conſona Morum.
Jam neque credula Spes ludit, dubiique Timores
Sollicitant mentes, & tardant Temporis Alas:
Nec male diviſos Suſpiria tradere Chartis,
Ardenteſque Oculos Pictura paſcere inani,
Invidia Oceani vos late interflua cogit.
Sed vivæ Veneres, & non imitanda Loquelæ
Gratia inexpletas Aureſque Oculoſque morantur,
Dum pede præcipiti nimium ſe ſubtrahit Hora.
Ite, decus BATAVUM, & noſtræ Spes altera gentis!

EPITHALAMIA

Nec pretioſa adeo Connubia ſentiat Ætas
Unica, ſed proles fæcundo ſtemmate ſurgens
Ereptas fato laudes æternet avitas:
NASSAIDUMque Animis Pueri, & victricibus Armis
Perdomitent Populos, populi Dominoſque volentes,
ANNÆ ſpirantes decus immortale, Puellæ.
  Sic geminus ſocias cum Rivus miſceat Undas,
Auctius humectat Flumen ridentia Prata:
Quod ſi multifidæ partita per arva Canales
Ductilibus ſaturentur aquis, læto ubere Tellus
Paſſim fundit opes, immenſæ prodiga Meſſis.

Gul. Haſledine Coll. Magd. Soc. Prob.

TE datum Nobis, *Britonum*que cœlo
Febre, Te, PRINCEPS, domita valentem
Auſa nil magnum, indociliſque plectri
Muſa ſalutat.
Sin Mihi rite annueret vocanti
Spiritum Phæbus, mihi ſi dediſſet
Lesbiæ vatis numeros, perenni
Munere verſus,
Te decus ſtirpis, memoremque magni
Nominis ſeri legerent nepotes:
Et tuum Myrto caput impedirent
ANNA Camænæ.
ANNA, Te firmi geniale pignus
Fœderis vellem celebrare, pactos
Gentium votis reſonaret omnis
Chorda Hymenæos.
Dicerem ut blandum *Cytheræa* ridens
Sub jugum miſit ſimul, ut Cupido
Auream promens pharetra ſagittam
Fixit amantes.
Dicerem --- ſed me tenuare parvo
Magna non verſu decet: O faventum
Cura Muſarum! ingenuæque Nutrix
Fauſta juventæ,
Hæc tuæ pubi docili modorum,
Hæc tuis manda fidibus, tacentem
Suſcita *Muſam*, ſapienter uſa
Munere *Phæbi*.

Dulce

OXONIENSIA.

Dulce Par ſcribens, citharæ potentem
Exeras Artem, *Veneris* Triumphos
Voce centena properes futuræ
Tradere famæ.
Sic Tibi creſcat numeroſa Proles
Ingeni felix, Tibi ſic Penates
Regius firmet favor, & perenni
Laude fruaris.

Johannes Bertie
Ædis Chriſti Alumnus.

O Magna AURIACUM Soboles, Tu, cujus & annis
Et generi fatum indulget, Quem vota *Britannum*
Poſcunt, veniſti? nec terruit *Auſter* euntem
Adverſus, nec triſtis hyems? per mille pericla
Te pelagi incolumem noſtris *Amor* appulit oris.
Ergo adſunt longi ſolatia grata laboris;
Cernis, quæ pulchris ſtipata ſororibus, Ore
Inſignis roſeo, & nivea cervice refulget?
Hæc illa eſt, Hæc Virgo, tibi quam fata reſervant.
Aſpicit, attonitus viſu, ardeſcitque tuendo,
Has fundens voces inter ſuſpiria Princeps.
O Virgo, pretium longarum dulce viarum,
Dulce maris pretium emenſi; *Cytherea* profudit
Quam circum illecebras molles, blandoſque lepores,
Riſus, deſertæque armamentaria *Cypri*.
Non hanc pollicitus formam gratiſſimus Auctor
Connubii, tantos non ipſa afflavit honores
Picturæ *Zeuxea* manus; nec laudibus æqua
Fama Tuis, centum linguas licèt, oraque jactet.
Illa quidem ſilet, atque oculos dejecta decoros
Jam primum domito ſentit ſub corde Calores
Inſolitos; Matris pertentant gaudia ſenſus.
At quæ cura modo CAROLINÆ pectora tanget!
Quos animi motus, quantos patiere dolores
Tu, Virgo! Febris Juvenem cum videris æſtu
Languentem: — at, media licet Ille in morte tenetur,
Non dulcis ſponſæ, non unquam oblitus amorum,
ANNAM ſæpe animo verſat, ſermonibus ANNAM,
Sæpe Oculos ANNÆ pictura paſcit inani.
Impavidi Juvenis fidos miratur amores,

EPITHALAMIA

Et ſortem miſeratus adeſt Deus æquior, Orcum
Nec ſinit inviſum tanta diteſcere præda.
  Salve, MAGNE HEROS, magniſque exercite curis;
Sævis Parca odiis tandem exſaturata quievit:
Lætus adeſt *Hymenæus*, adeſt amplexibus ANNA,
ANNA potens dulci alloquio lenire dolores.
Sic poſt exhauſtos terraque marique labores
Magnanimo Æneæ quondam Lavinia Virgo
Se dedit, & fatis contraria fata rependit.

Richardus Naſh
Ædis Chriſti Alumnus.

MOtus cur mihi *Gallicos*
  Narras? Quis *Latium* terreat, & ferox
Quid *Germania* cogitet,
  Et diſcors, dubio Rege, *Polonia*?
Dulci læta dies monet
  Indulgere mero: da levibus Notis
Curam, & Sollicitudines
  Inſanas Scythicis mergere fluctibus.
ANNAM ducit amabilem
  Hæres AURIACÆ NASSOVIUS domus.
Illis plurima Nuptiis
  Præſens ſpiret *Amor* Gaudia, nec *Fides*
Abſit candida, nec *Venus*;
  Accenſamque tenens dexter *Hymen* facem.
Sic *Lucina* frequens novâ
  Firmabit veterem progenie Domum:
Materno ſimiles Avo
  Accendet Pueros vividus Impetus,
Duros Militiam pati,
  Virtuſque impavidi prodiga Spiritus:
Illos ad Patrium decus
  Magni Fama vetus NASSOVII excitet;
Sævæ nomen *Iberiæ*
  Inviſum; atque animi MAURITIUS ferox,
Hiſpani impatiens Jugi.
  Aſſurgat Patriis nobilis Artibus
Proles Maſcula; ſed Venus
  Blanda molliculam Progeniem manu
Fingat Prodiga munerum,
  Et tota decoret Matre Puellulas.

Gul. Bell è Coll. Trin. A B.

OXONIENSIA.

ECLOGA, ſive THAMESIS.

SUrgite Vos, *Nymphæ Thameſinæ*, agileſque Choreas
Ducite. NASSOVI Thalamos dum cantat & ANNÆ,
AURIACAMque Domum geminato Curia plauſu,
Igne triumphali & crebris dum Compita Tædis
Illucent, ſurguntque frequentes undique Pompæ,
Nos quoque NASSOVI Thalamos dicemus & ANNÆ:
Dicemus Sylvis; Sylvæ ſunt Principe dignæ.
GEORGIUS hos virides amat & CAROLINA Receſſus,
*Richmondæ*que Antrum. Sed Tu, Spes unica Gentis,
Cui non vulgares Socii confirmat Honores
ANNA Tori, hoc placidas properatum Carmen ad Undas
Accipe, ſylveſtres nec dedignare *Camænas*.
Fallor? An umbroſâ redimitus arundine Crines,
Et glauco ſalices inter velatus amictu
Surrexit THAMESIS, grandi modulatus avenâ
NASSOVÆ Famam Gentis, feſtoſque Hymenæos?
Ipſe Ego cantantem, (Paſtori credite fido)
Mulcentemque leves divino Carmine Ventos
Audivi: ſonuere cavæ Sponſalia Ripæ,
Mirantes lætam Cycni luſere per Undam,
Naiades & vitreis adſultavere ſub Antris.
Namque canebat, uti multùm obluctata ſuperbo
Hiſpani Imperio, *Senonum*que exoſa Catenas
*Albani*que Jugum, ſe tandem erexit in Hoſtes
BELGIA, captivoque excuſſit Vincula collo.
Tum priſcos Rerum Annales, & Semina Stirpis
NASSOVÆ memorat, longâque ab Origine ducit
Nomina, creſcentis prima Incunabula Famæ,
HENRICOS, OTHONAS, & acres ENGILBERTOS.
Utque Viro Imperii quondam moderamina vaſti,
Sceptraque, *Romano*ſque dedit *Germania* Faſces,
*Cæſarei*ſque ultrò Faſtis adſcripſit ADOLPHUM.
O Domus Heroum! O Nutrix ARAUSIO Divûm!
O Patria AURIACUM! Jam Te crudele *Philippi*
Opprimeret Regnum, Feritaſque inamabilis *Alvæ*,
Ni Vindex primus ſtaret GULIELMUS, & Hoſtem
Graſſantem arceret. Quid vero in Vertice Laurus,
Quid juvat heu! Tua Te Pietas, invictaque Bello
Dextera, ſi ſubitum condit Sicarius Enſem

Pectore, ſi cæco confoſſum Vulnere deflet
BELGIA Ductorem? Faſces tamen Illa receptos
Debebit Tibi; Te Rebus Tutamen in arctis,
Imperiique novi *Statorem* HOLLANDIA dicet.
Ipſe libens cadis; at mediâ vel morte moratur
Spiritus, & Patriæ Cœlum ſuccurrere poſcit. [HELMI
Tempus adeſt, BATAVI; jamque ingens Umbra WIL-
Vindictam ſumet: Natorum haud degener ardet
Bellandi Virtus. Quantæ ſub Pectore gliſcunt
MAURITII Flammæ! Quantus conſurgit in Enſem,
Indignanſque fugat tardos FREDERICUS *Iberos*!
Nobile par Fratrum! Jam nunc deferbuit Æſtus
Spinôlæ! Pacem jam fracta *Hiſpania* poſcit!
Interea AURIACÆ obliti male Gentis, avitas
Suſtulerant Lauros BELGÆ: dilabier inde
Imperii Vires, ni tutelaria rurſùm
NASSOVI Arma petant. Cum mox WILLHELMIUS alter
Obvius it Fatis, Patriæque haud tanta merenti
Succurrit. Jamque En *Lodoïcum* ut fervidus urget!
Ut gravidæ ſtagnant *Gallorum* ſtrage Paludes!
Tum canit everſum *Condeium*, & Sceptra ruentis
Borbonii; Solioque ſedentem HEROA *Britanno*,
Laurigeroſque auctum *Angliaco* Diademate Crines,
Cùm Bellum pulchrâ pro Libertate moveret.
Tum *Boynæ* memorat celebres ad flumina Pugnas,
Et *Gatheli* Pecus ignavum; expugnata *Namurcæ*
Mænia, *Flandriacoſque* undantes Sanguine Campos.
Hæc, & plura canens, pacta ad Connubia, Sponſum
AURIACUM, & pulchram properat magè lætus ad AN-
Ut Socer ornârat Generum; dum *Faſcia* Cruri [NAM:
Additur, aurato & mirantur Pectora *Stellam*
Lumine ſplendentem, at Sponſæ ſplendore minorem.
Ut Puppem ad noſtras *Nymphis* comitantibus Oras
Optatam Remex *Amor*, & Clavi arbiter *Hymen*,
Ac conjurati tulerant fido Agmine Venti.
Addit triſtia Fata, Moras, & Febre laborantem
Ingratâ Juvenem: at mæſtos feſtinat *Amores*
Carmine mutato, & flentem ſolarier ANNAM.
Jam feſtas afferte Faces, ſuſpendite Lychnis
Lumina: Caſte *Hymenæe*, veni. Tu, *Gratia*, pictos
Sparge viâ flores; religentur fronde Columnæ.
Tu *Dea*, Tu nullis, *Concordia*, rupta Querelis,

Ne-

Necte citò geminas Auro radiante Coronas.
Ecce triumphantem procedit Pompa per Urbem!
Jam nunc panduntur Templi Penetralia! VIRGO,
Aſpice, ſe VIRGO fiſtit regalis ad Aram!
O Soboles Regum illuſtris, quæ pulchrior ipſâ
Vel MATRE incedis, (jamque ipſa vocabere Mater)
Si non regali fueras de Sanguine nomen
Sortita, hoc Vultu poteras vel Regna mereri.
En Mater CAROLINA, tuos comitata Triumphos,
Si poſſet, Natâ geſtit minor ire pudicâ!
Atque tuos Juveni AURIACO quam lætus Honores
GEORGIUS Ipſe refert! Niveo velatus amictu
Jam ſacer *Antiſtes* ſolenni More jugales
Abſolvit Ritus; Dextramque adſtringere Dextræ
Dum parat, æterno connectit Fœdere Gentes,
Præſenti BRITONAS BATAVOSque hoc Pignore jungens.
Nec ceſſat *Senior*; divino at concitus Oeſtro,
Præcinit AURIACAM Sobolem quæ deinde ſequatur
Gloria, qui maneant tantâ de Gente Nepotes.
Ecce Duces, magni & Reges, Regumque Parentes,
Illuſtres Animæ, NASSOVUM in Nomen ituræ!
Hæc THAMESIS. Socio *Thalamis coeuntibus* Omnes
Reſponſant plauſu Valles, Ripæque Lacuſque
Ingeminant Cantus; donec *Cythereïdos* Aſtrum,
Optato ſerus proceſſit *Veſper* Olympo,
AURIACUM atque ANNAM fauſto cum Sydere jungens.

J. Hubbock,
Coll. Di. Jo. Bapt. Soc.

O Inſularum pulchra *Britannia*
Regina, fundas gaudia! gentibus
En tempus externis tremendum
Dextra fluens tibi vexit hora!
Dum ſævit atrox diſſidium foris,
Lateque graſſans turbine, territum
Diffundit horrores per orbem,
Concutiens Diadema Regum;
En Te relictis cæde madentibus
Pax viſit oris almaque *Fauſtitas*!
Curiſque ſemotos receſſus
Tutius incoluiſſe gaudent.

EPITHALAMIA

Quid jam moramur tradere lætius
Angli protervis triſtitiam & metus,
  Portare ventis in remotas,
    Hoſtis ubi furit acer, oras?
Illic minaci murmure Tympana
Arment catervas triſte crepantia;
  At montibus læti *Britannis*
    Approperent reſonare plauſus.
Dilecte cœlis Hoſpes amabilis,
Quantum *Britannis* advehis otii?
  Ut cuncta conjurant petitum
    Spe tumidâ celebrare feſtum!
En! ut beatum præripuit diem,
Pompaſque feſtas, impatiens moræ,
  Duxit triumphans, impotenſque
    Lætitiam cohibere vulgus!
Qualis, canoro cum tuba prodidit
Clangore ſignum, fortis equus fremit;
  Coruſcat aures; efflat ignem;
    Frœna nec acer, anhelus, audit.
Jam digniores Te proceres manent;
Solennis ordo! qui proprios tibi
  Deferre contendunt honores,
    Ut fluvii maris æquor augent.
Quod ſi repreſſit fors violentior,
Pauliſper ANNÆ, noſtraque gaudia;
  Novantur! & major minutis
    Aucta moris oritur voluptas:
Ut ſi quis undas ignibus injicit,
Paulum remiſſus ſiſtitur impetus;
  Intenſiori mox calore
    Ardet atrox, crepitatque flamma.
Macte O Triumphans ANGLIA! contigit
Cui talis Heros præſidium & decus;
  Virtute reſplendens avita;
    Quam propriâ cumulare gaudet.
En fœdus, Alter NASSOVIUS, ferit!
Diviniori mentis acumine,
  In quo WILHELMI fortitudo;
    Indomiti ſociata ſpirat.

Quis

Quis bella duræ curat *Iberiæ*,
Aut quid doloſum *Gallia* cogitet?
  Nassovus en Tutela, nomen
    Hoſtibus *Angligenum* tremendum:
Quid debeas huic, *Anglia*, Nomini,
Teſtis perennis *Boinia* Gloriæ;
  Cum fertur, olim tarda, rubro
    Oceanum petiiſſe rivo.
Io & triumphes Belgia! contigit
Cui Virgo talis Regia; jam diu
  Gentis *Britannæ*, jamque Veſtri
    Gloria magna futura regni.
Illuſtre Par! vos, O precor, omine
Caſtum ſecundo conjugium liget!
  Præſtante & olim vos beatos
    Progenie faciat Parentes:
Diſcriminatam quæque puellula
Gerat venuſtam Matris imaginem;
  Patrisque floreſcat renaſcens
    In pueris generoſa Virtus.
Utcunque veſtras invida Belgia
Noſtris in oris increpitet moras;
  Hærenſque ponto demorantem
    Uſque oculis petat ægra puppim;
Multos beatos, O utinam, dies
Præſtetis Almi ſponte *Britanniæ*;
  Votiſque noſtrum injurioſis
    Serius ah! date vela ventis.

Johan. Ernle
Coll. Nov. Soc.

FÆlices Thalami, tuus, ô Hymenæe, Triumphus,
Pieriden poſcunt. Tu, qui virtute colendos
Prodis Avos, Juvenis, Regum Genus, accipe laudi
Carmina Cœpta Tuæ; ſic Fœdera ſacra ſecundis
Firmentur Divis; atque hæc ſine tenuia dona
Regales inter Muſam miſcere Triumphos.
  Et Tu, Nassovi toties aſſueta Trophæis,
En age! Nassovi, *Rhedycina*, agnoſce Nepotem.
Tu Thalamis, Tu Diva, fave, (Jam, jam redit omnis
Lætitia, &, Caſus quam diſtulit invidus, Hora.)

EPITHALAMIA

Prodeat inſignis, ſuperans Virtutibus annos,
AURIACUS, Nymphiſque unà comitantibus ANNA,
Orta Deis, & digna Domum inſtaurare Deorum.
Cernite, ut inſueto ſplendeſcunt omnia Luxu!
Quæ Facies Rerum! quales Auguſta Triumphos
Inſtituit! quanto circumſtrepit Aula Tumultu!
Te tamen, ô Juvenis, non claræ Inſignia Gentis,
Non Populi late commiſſa Potentia tantos
Aſſerit in Thalamos, ſed Avita in pectore Virtus,
Mentis vivida Vis, & Rebus nata gerendis.
Hæ Vobis Artes, his Fœdera mutua fiunt
Auſpiciis: Proavûm finxit ſe moribus Alter,
Altera Virtutis pulchro ſuccrevit amore,
MATRE Dea monſtrante viam. Sic ordine longo
Natorum aſſurgat Series, ſobolemque ſequatur
Et Patrius vigor, & Materni gratia vultus.
At Tu Virginibus VIRGO prælata *Britannis*,
I Decus, I noſtrum, Sociæque aſcribere Genti,
Hoc Pater, hoc Populus poſcunt: ſat, Nympha, Pudori
Conceſſum; tandem placidos admitte calores,
Cede Deo, & Conjux jam nunc aſſueſce vocari;
Sis fælix Conjux! quandoque avecta BATAVOS
Inviſes nova Nupta, Tui licet uſque dolendum
Angligenis deſiderium, Luctûs procul omnis
A Te cauſa abſit, longum ſincera per ævum
Gaudia Te maneant: referat virtute WILHELMUM
Dumque Tibi Sponſus, Tu Divam imitata MARIAM,
Par illi Fama, Thalamoque beatior eſto.

Thomas Townſon
ex Æde Chriſti Comm.

OXONIENSIA.

TO THE

PRINCE

OF

ORANGE.

I.

SOme abler Bard, GREAT PRINCE, may dare
Thy matchleſs Vertues to rehearſe;
And POPE the mighty Sum declare,
In Homer's ſtrains, and matchleſs Verſe:
His Numbers, if yet Numbers can,
Thy riſing Glories may repeat:
Glories which ſoon thy years outran;
And made the Hero ſeem, e'er yet the Man, compleat.

II.

But Bards of leſs poetick rage,
Th' unequal ſubject muſt decline;
Nor in the fruitful theme engage;
A Theme, for all the tuneful Nine.
Who wou'd thy Virtues fitly praiſe
Or count what charms in ANNA dwell;
Will find at laſt, with equal eaſe
Himſelf might Imitate, as hope to Paint them well.

III.

In one bright Catalogue to joyn
The noble Founders of thy Race,
From Age to Age the glorious Line
Thro' every ſhining Act to trace,
Low numbers wou'd attempt in vain:
Such various Glories and ſo great
Demand a more than common Vein;
Weak Poets lab'ring ſink beneath the mighty weight.

IV.

Weak Poets? --- Tho' what ſtrength of flight
  GREAT *PATRIOT, cou'd aſpire to thee?
Firm to repell Tyrannick Might
  And ſet an injur'd people free.
Who the Third WILLIAM's Acts divine
  Cou'd paint, Fair Freedom's other friend;
Whilſt here with crimſon'd waves the *Boyne* [bend?
Shou'd roll; beneath his feet the ſuppliant *Gaul* ſhou'd

V.

Unfurniſh'd with the skill to grace
  Their mighty Deeds with equal Lays,
And more unwilling to abaſe
  The Virtues which ſhe meant to praiſe;
My humble Muſe (not ſtrung by Art,
  But Zeal, her Lyre) unpoliſht ſtrains
Pours forth the Language of her Heart
In honeſt *Engliſh* ſounds, and ſings to *Britiſh* ſwains;

VI.

How Heav'n, GREAT PRINCE, with joy ſurvey'd
  The Vertues that adorn thy mind;
Vertues, which ANNA, Royal Maid,
  With every female Beauty join'd.
It ſaw You; and to ſhew mankind,
  Such Merit claim'd it's chief regard;
Becauſe it cou'd no greater find,
Heav'n made You to be Each the Other's great Reward.

Edwin Sandys, Fellow of New-College.

NON ergo noſtris finibus *Æolus*
  Te, Chare PRINCEPS, amplius invidet,
Adeſque ſecurus *Britannum*
  Littoribus, placidoque portu.
Sed Quid procellas profuerit Tibi
Vitâſſe, morbus ſi ferus occupet,
  Trahaſque tecum jam labantis
  NASSOVII generis ruinam.

* Wm. Prince of Orange in 1578.

Non

Non auſa tantum Parca malignior,
Non auſa dulces rumpere Nuptias;
  Utcunque lætetur ſuperbos
    Vertere funeribus Triumphos.
Impune vitæ NASSOVII minax
Febris receſſit. Jam minime nocens
  Succedit ignis, jam valentis
    Corda ſubit genialis ardor.
I carpe tandem gaudia quæ dabit
Mox docta zonam ſolvere Caſtitas;
  I lætus intactæ fruare
    Conjugis alloquio fideli.
Amore blando dulce Tori Decus
Ut Te fovebit! Quot gremio parens
  Effundet Heroas, potentes
    AURIACAM recreare famam!
Hinc in ſecundis, *Borbonidum* Domus
Servare diſcat fœderibus fidem:
  Hinc ſperet infeſtis BATAVUS
    Grande decus, Columenque gentis.

Car. Lyttelton Baronetti Fil.
è Coll. Univ.

ADſis, Phœbe Pater, tecumque in carmina vires
  Affer age, & celeri percurras pectine chordas;
ANNA vocat, dilecta Tibi, dilecta Camœnis,
Dignata AURIACUM Thalamo excepiſſe jugali.
Adſis, Emathii qualis connubia Pelei
Ornaſti præſens, plectro cum Regia circum
Atria, cùm late ſonuerunt Theſſala Tempe.
Heroum non digna magis Thetis alma procorum,
(Nulla licet nitidam frontem de gurgite cano
Pulchrior extulerit, fuerit nec in æquore toto
Qua magis amiſſa doleat Neptunia Juno)
Nec fama Æacides ſponſus, neque clarior ortu.
  O Gentis Decus AURIACÆ, quem Numina poſcunt,
Quem Generum AUGUSTUS ſacro ſibi fœdere jungi
Impatiens ardet, Tibi lætas *Anglia* pompas
Inſtaurat; circum Pueri, innuptæque Puellæ,
Sedula Turba, fremunt, & Io clamant Hymenæe.
Plaudit Hymen croceoque adſtat velatus amictu.

EPITHALAMIA

Fruſtra plaudit Hymen, acri ſi febre laborans
Uritur infelix inimicis ignibus HEROS,
Multa gemens, quid enim? prohibent crudelia fata
Amplexuve frui, præſentiave ora tueri
Conjugis; Illa minis Divûm perterrita, vanas
Effundit lachrymas, conceptæ pabula flammæ,
Et nunc NASSOVI caſus incuſat acerbos,
Nunc queritur ruptos in primo limine amores.
Quin poſthac meliore ferantur tempora curſu,
Nec Tibi ſit lachrymis, Virgo, nec cauſa querelis.
Cynthiaque, intactæ cui Virginitatis Honores
Sacrâſti, hæc eadem verſo Te nomine ſervet
Lucina, AURIACÆ dudum nimis invida ſtirpi.

Georgius Bingham
ex Æde Chriſti Comm.

ERgo petens ANNAM *Belgarum* deſeris oras
Hiberno certus credere vela ſalo?
Ingredere, O *Anglis* Hoſpes gratiſſime, nec te
Pœniteat pelagi tot ſubiiſſe minas.
Nos Stirpem Nomenque agnoſcimus, Acta WILHELMI
Nec Britonum ex Animis eximet ulla dies.
Te recipit portis felix *Auguſta* ſuperbis,
Aula novo plauſu te veniente ſtrepit.
Te tacite ſecum miratur ſplendidus Ordo
Nympharum, & meritis æquior ANNA favet:
Te Generum CÆSAR deſpectis omnibus unum,
Alma Virum Natæ Te CAROLINA petit.
Hæc populus Patreſque vovent felicibus ire
Auſpiciis, Votum ſancit amica Venus.
Tu PRINCEPS felix tam pulcra Conjuge, Tuque
Tam celebri felix REGIA NYMPHA Viro!
Ite Animæ illuſtres, & blandum nutriat ignem,
Quo jam veſtra calent corda, perennis Amor.

Georgius Lewis
Ædis Chriſti Alumnus.

OXONIENSIA.

TO THE

PRINCE.

I.

AT length propitious to our prayers
Kind Heaven, O Prince, thy life hath ſpar'd,
Thy beauteous ANNA's tender cares
At length have met their wiſht reward,
And ſmiling Hymen hath thy pains o'erpaid
With the dear nuptials of the Royal Maid.

II.

When joy ſo general ſwells each breaſt,
When ſuch a theme invites her Song,
How can the Muſe in ſilence reſt,
Nor raiſe her voice amongſt the throng?
Yet knows ſhe not what welcome verſe will find
Since nobler views employ thy active mind.

III.

O Prince, with every virtue crown'd,
How fain would I thy worth rehearſe,
But *Britain* knows Thee far renown'd
Beyond the power of feeble verſe!
To liſtning Nobles *Cheſterfield* hath ſhown
Thoſe rare endowments which adorn thy Throne.

IV.

Let others court precarious fame
By thoſe exploits which ſtrength can boaſt,
Proud to obtain a Warrior's name,
By batt'ling in the thickeſt Hoſt;
Do Thou the giddy Force ſuperior guide
And o'er ſage Councils skilfully preſide.

V.

Go on the glorious paths to trace
By which the Great and Good have roſe,
Mark the wiſe maxims of thy Race
And how They quell'd their Tyrant Foes;
Then with vain pride ſhall *France* her power extend,
While *Europe* in a NASSAU finds a Friend.

VI.

Fir'd at the much-lov'd Name, the Muſe
Advent'rous would the theme prolong;
From the bright records ſomething chuſe
To deck and animate her Song;
But powerful Beauty does her flight detain,
And to a ſofter ſubject ſuits her ſtrain.

VII.

Yet arduous is the task I ween,
Above this humble hand of mine;
No common ſtrokes muſt ſure be ſeen,
Where ſuch peculiar graces ſhine;
Sweet female ſoftneſs, manly ſenſe unite,
And deck fair ANNA with diſtinguiſht light.

VIII.

O long-expected, when at laſt
Thy preſence glads the *Belgian* ſhore,
Pleas'd they'll reflect on bleſſings paſt,
And think what MARY was before;
For how can She a joy leſs publick prove,
Whom CAROLINE hath taught to win each Subjects love.

John Marſhall
Fellow of C. C. C.

OXONIENSIA.

DUM conjuratos infanda ad prælia Reges
Suſcitat, & triſtes acuit *Mars* impius iras:
Quid belli immunes BATAVI, immotique tumultu
Exultant *Britones*? Quid ſertis Arma renident
Textilibus, myrtique vireſcunt frondibus haſtæ?
Tu Nobis, *Hymenæe*, dediſti hæc otia firmo
Unanimes ſuadens coaleſcere fœdere gentes,
Tu feſtos iterum plauſus, nova ſacra repoſcens,
Heu! pænè extinctis renovaſti gaudia tædis.
Jamque redit PRINCEPS, nec fallit vota ſuorum
NASSOVIÆ ſpes una Domûs; valuere querelæ
BELGARUM, noſtroque moventur numina luctu.
Jamque ſonat vox una, redit, redit ecce, ſalubres
Expertus latices: Vos, iſtas, *Naiades*, undas
Non fruſtra incolitis, nec inutile Numen *Apollo*.
Quocunque ingreditur, facto agmine Vulgus eunti
Intercludit iter, multoque retardat honore.
Effuſi accurrunt pueri, innuptæque puellæ,
Nec ſedet ante focum nimiæ faſtidia vitæ
Deplorans ſenior, mediæ ſed credere turbæ
Se geſtit, laſſanſque oculos ad ſidera palmas
Attollit, tremuloque has voces murmurat ore;
" Fortunate nimis! memini, ſic ora ferebat
" NASSOVIUS, pulchræ connubia blanda MARIÆ
" Cum peteret, noſtriſque oris accederet Hoſpes.
" Fortunate nimis! ſimilis cui Virgo paratur,
" Exigat ut tecum dulces concorditer annos.
At Vulgus ſecede, moræ ſat tædia paſſus
Impatiens amor, Oh! properet ſine, charius Illum
Qua gremium expectat, pretium qua dulce laborum
Penſabit viduaſque moras, vanoſque timores;
Haud ſecus emerſum medio diſcrimine lethi
Æneam, & medicis ſanatum vulnera lymphis
Amplexu molli fovit *Lavinia*, curas
Ingentes mulcens, ſævique incommoda fati.
Tu vero ante alias *Veneris* dulciſſima cura,
NYMPHA, Decus *Britonum*, jam deſine vota morantes
Incuſare Notos, caſuſque expendere febris,
Sæpe fugam ſimulans quæ Te deluſit amantem.
Soſpes adeſt, quem *Parca* opera ad majora remiſit
Amplexuſque Tuos; morbo nec, ut ante, videbis

EPITHALAMIA

Languentem greſſus baculo firmare trementes;
En! ſolidæ redeunt vires, lumenque juventæ
Purpureum! En oculis priſcus vigor afflat honores!
Soſpes adeſt Tibi, Nympha, Tuique reſuſcitat ignes
Conſpectus blandos: Veluti flos aureus ægro
Se ſenſim inclinans ad Terram vertice languet
Jam nimis effuſi depreſſus pondere nimbi;
Ut vero erumpens radiis Sol ſpargit acutis
Rorantes nebulas, renovatam lumine geſtit
Tollere cervicem, totumque admittere *Phœbum*:
Sic ſurgit PRINCEPS; non ultra munere veſtro
Abſentis dulci ſolatur imagine curas;
Non ultra lapſamque Domum, generiſque Ruinam
Cogitat, & tantos rumpi ſibi fingit amores,
Sed votis fruitur, ſed veram lumine formam
Luſtrat inexpleto; jam dulces Conjugis ardet
Illecebras, blandumque Patris cognoſcere nomen.
I, ſuccede Toro, promiſſaque gaudia, Virgo,
Impertire libens; fauſtos *Junone* ſecunda
Amplexus junges, Matriſque exempla ſecuta
Perpetuo fidum recreabis amore Maritum.
I, ſuccede Toro, ſteriles Tu, DIVA, MARIÆ
Penſabis thalamos, & rapti damna WILHELMI:
Qui nunc Elyſia forſan convalle recenſens
Illuſtres Animas, quæ veſtro ex ſanguine naſci
Gaudebunt, ſeriem Heroum, Regeſque futuros
Proſpicit, & pulchræ lætatur imagine prolis.
At cum Tu *Britonas*, dulceſque reliqueris agros
Defenſura Tuos propiori numine BELGAS,
Felices Zephyri diſtendent vela, Patriſque
Imperio *Tethys* famulata fatebitur ultro
Cujus jura timet; comites per Cærula regna
Nereides ludent, dum denſo ripa gementum
Concurſu fremit, & reſonantia littora circum
Proſequitur longe clamorque & plauſus euntem.
I decus, I noſtrum: at quamvis Te grande requirat
Depoſitum, impatiens ultra expectare BATAVUS,
Sæpius ad memores remeabis, Chara, *Britannos*;
Sæpius innumero fervebunt littora plauſu,
Adventum teſtata Tuum; hic genialia fundes
Pignora Connubii, hic præſens ſtabilire penates
NASSOVIOS, ſerum produces nomen in ævum.

Georgius Crochly A. B. Ædis Chriſti Alumnus.

O! cui potentis fama *Britanniæ*
Decuſque cordi eſt, Magne GENI, metum
Depone jam tandem, & repulſis
Triſtitiæ nebulis triumpha.
Tuque O! coruſco, *Phœbe Pater*, ſedens
Temone, pulchrâ ſparge diem notâ;
Memorque Feſti Nuptialis
Lumina ſplendidiora funde.
Et Tu, GEORGI, quem Patriæ Patrem
Senſere dudum plus vice ſimplici
Nati *Britannorum*, parumper
Mitte graves ſuper Orbe curas.
Quin & Tuorum ſic quoque commodo,
Orbiſque Cuſtos, conſulis optime,
Dum vota nutu perbenigno
PRINCIPIS AURIACI ſecundas.
Hinc nam *Britannis* præſidium & decus,
Siquando belli dira neceſſitas
Infeſtet orbem; Hinc patronos
Auguror Aonidum futuros.
Jam bellicoſus *Cantaber*, & novos
Ferox tumultus *Gallia* concitet:
Atque *Italis* intentet oris
Sardiniæ fera bella *Rector*.
Tu, MAGNE PRINCEPS, alite cum bona
Lætum fidelis Conjugis in Sinu
Impende tempus, mox ad Arma,
Si ſit opus, ruiturus Heros.
Tuque, ANNA, fauſtis ſub penetralibus
Nutrita, telis cede *Cupidinis*,
Pectuſque jam pertacta amore
NASSOVIUM cape læta Sponſum.
Et dignus Ille eſt quem face mutua
Torreret altæ frontis amœnitas,
Decorque vultus, & verenda
Cum tenera gravitas juventa.
Sed nec genarum ſuave rubens nitor
In corde tantam lætitiam ciet,
Decorve vultus fulgurantis,
Quantam animi intemerata Virtus;

EPITHALAMIA

Quantamque fidum pectus amoribus,
Moreſque culpis cedere neſcii,
Mentiſque dotes, quas Sagaci
Excoluit CAROLINA cura.
O perbeatum Conjuge principem!
Beata tali Nympha Viro! Pia
Si quid *Camænæ* vota proſunt,
Aut Populi ſtudium frequentis;
Veſtros amores nec fuga temporum
Divellet unquam, nec querimoniæ;
At juncta dulcis corda ſtringet
Fœdere Progenies perenni.

Georgius Brodrepp è Coll. Univ.
Superioris Ord. Comm.

QUid tumido fremit amne *Iſis*? quid plurima *Nais*
Laſcivit reſonis circumque exultat in undis?
Molle ſonaturas cui nunc *Parnaſſia* turba
Depoſcit citharas, *Veneremque* in vota laceſſit?
Gratus ades, NASSOVE, Tuis! Te ſoſpite Muſæ
Lætantur, ſolvuntque metu trepidantia corda.
Ah! quoties memor ANNA Tui ſuſpiria fudit,
Quam metuens, ægro ne quid via longa noceret,
Quos non indefeſſa Deos in vota vocavit?
Nec piguit *Phœbum* lymphis miſcere ſalubres
Ambroſiæ ſuccos; timuit ne Mortuus eſſes
Quippe ſuum crimen, medicæque infamia gentis.
Nunc ades, & promiſſa diu connubia firmas,
Nunc Superos abſolvis, in hunc ſervatus honorem.
Ingredere ô tandem, Divûm juſtiſſima cura,
AURIACÆ ſpes una Domûs, felicibus Heros
Ingredere auſpiciis! viden', ut Tibi laurea *Phœbi*
Emittat, ſuaves Tibi *Cypria* myrtus odores,
Compoſitaque caput certent ambire corolla!
ANNA venit, magna comitum ſtipante caterva,
ANNA decus pompæ; circum plaudentibus alis
Multus *Amor* volitat; qualis *Venus* alma videri
Cælicolis & quanta ſolet; collucet in ore
Majeſtas materna, & apertæ gratia frontis.
Ut Tibi ſubridet! variat dum purpura molles
Caſta genas, diſtincta roſis ut lilia fulgent!

Quis

OXONIENSIA.

Quis NASSOVE, Tibi ſenſus? quæ gaudia pectus
Pertentant, tacitis oculis dum ſæpe pererrras
Optatam thalamo Nympham? non amplius Auſtros
Incuſas, dubiæve febris faſtidia; amorum
Jam ſecurus, habes tota quod mente petiſti,
Quod tantæ bene credis emi diſcrimine Vitæ.
I felix, & vincla fove; fulcire labantem
Sit Tibi cura domum; partum ſi dura MARIÆ
Abnuerit *Lucina*, aderit felicior ANNÆ,
Inviſamque notam delebit laude recenti.
Jam nunc WILHELMUS *Lethæi* ad fluminis undam
Illuſtres animas NASSOVI in nomen ituras
Dilectæ uxori numerat, tituloſque Nepotum
Prælibans, famæ venientis imagine gaudet.
Ulterius nec jam queritur ſibi defore prolem.
Scilicet hinc ſolio ſucceſſit digna *Britanno*
BRUNSVICI domus, hinc populo dat jura volenti
GEORGIUS, & lapſas CAROLINA reſuſcitat artes;
Hinc Diis auſpicibus caro datur ANNA Nepoti,
Longus & Heroum fatis promittitur ordo.
Quin Tu, Deliciæ *Britonum*, cui ceſſit amator
AURIACUS, *Paphiis* perculſus pectora telis,
Junge manum, & tanto felix lætare marito.
Ille decus Tibi dulce; Illum, virtutis avitæ
Dum famam ſequitur, WILHELMIque æmulus audit,
Accipiet comitem Socer; & feliciter ambo,
Bellorum inſanos medii componere motus,
Pacatum ornabunt ſociis virtutibus Orbem.

Job. Roberts A. B.
Ædis Chriſti Alumnus.

AUdivit ANNÆ NASSOVIUS procul
Famam ſonantem; Quanta niteſceret,
Parentis ardens æmulari
Eximios utriuſque Mores:
Qualis venuſti Gratia Corporis,
Mentiſque puræ quam niveus Decor:
Audivit; & perculſus ardet,
Inſolitoſque fatetur Ignes.

Terras *Britannas* ocyus advolat,
Aura faventi, ſtrata per Æquora;
  Senſitque Virtutes ſtupendas
    Magniloquam minuiſſe Famam.
Quin Tu, benigna Fronte ſolutius
Lætare, felix *Anglia*; Gaudiis
  Effunde habenas, nec ſonoros
    Parce frequens iterare Plauſus.
En, alta Proles AURIACÆ Domus,
Optatus Hoſpes! --- Se explicuit ſatis
  Spectata jampridem *Britannis*
    AURIACUM generoſa Virtus.
En, Ipſe magnis haud Atavis minor!
Teſtatur Ardor Pectoris æmulus,
  Quo Fonte derivatus exit
    Corda fovens Animoſa Sanguis.
Felix! ſenilis cui Sapientia
Acceſſit ipſis Primitiis Viri;
  Qui jam recenti lætus ævo,
    Conſilio viget auctiori.
Si tanta Pectus Vis Animi regit,
Dum Flos Juventæ ridet amabilis;
  Provectiores qualis olim
    Luxuries onerabit Annos!
Præſtare Virtus inviolabilem
O ſi valeret; nec Capitis ſacri
  Triſtis Valetudo tumentes
    Lætitiæ cohiberet Æſtus! ---
Sed vana Fati neglige Spicula,
Secure PRINCEPS. Quæ tulit aſperos
  Tellus Dolores, dulciorem
    Ecce Eadem Tibi dat Medelam!
ANNA invidendis NASSOVIUM ſuum
Fovebit Ulnis; ANNA fideliter
  Aſtricta, mulcebitque Pectus,
    Et reduces dabit alma Vires.
Quos Sanguis alta ductus Origine,
Virtuſque junxit, jungit Amor pares;
  Et Lege Nodum ſanctiori
    Connubii pia Vincla firmant.

Fau-

Fauſto, precamur, prodeat omine
Matura Proles, Spes Generis recens:
Quæ ſuaviter mixtos Parentes
Ambiguo fateatur ore.
Ut fallet Infans innocue loquax
Curas Avitas! cum Tibi paululum
Vacarit, *Europea* magno
Fata Animo bene ponderanti,
Invicte GEORGI! quo Tibi Gaudio
Cor emicabit, dum tenero Sinu
Auguſta ſubridens amatum
Excipiet CAROLINA Pignus!
Longa Senecta PAR vigeat ſacrum,
Cognata viſat Sydera ſerius,
Et indies auctos Amores
Officio renovet fideli!
Sic ibit Ordo lene fluentium
Gratus Dierum; NASSOVIUS ſuæ
Florebit uſque annexus ANNÆ,
Pepetua roſeus Salute.
Ut læta Vitis, luxuriabitur
Beata Conjux; in Gremium frequens
Effundet Heroas futuros,
Atque SUI ſimiles Puellas.

Gul. Dobſon Coll. Nov. Schol.

CLaſſis adeſt ſperata diu, portuſque petitos
Acta per æquoreas ventis felicibus undas,
Attigit; orta mari fluctus *Venus* ipſa tumentes
Leniit, & faciles zephyros in carbaſa miſit.
Veniſti tandem noſtris novus Advena terris;
Veniſti ducente Deo: Gens tota per urbes
Effuſa ad portas, voces ad ſidera jactant
Ominibus precibuſque piis. Mirantur euntem
Purpurei proceres: non primo purior ortu
Lucifer apparet, jam decreſcentibus aſtris,
Lucifer Oceani profuſus lumine ſacro.
Tantus honos, tantum egregio decus enitet ore!
Ut *Venus Æneam*, ſic te *Venus* aurea ducit
Ad *Britonum* ſedes; ubi Magni Filia Regis,
Inter virgineos longe pulcherrima cœtus,
Aſpicit, & caſtos ſub pectore concipit ignes.

EPITHALAMIA

O nimium dilecte! Tibi jam ducitur Uxor,
Quam tibi ſacrati dudum pepigere parentes,
Quam tibi connubio viſura *Britannia* junctam,
Inſolitos tacito ſentit ſub pectore motus.
Tardior occiduas *Titan* deſcendit ad undas,
A noſtris ægre viſus diſcedere terris.
Heſperus exoritur: cupidis quid amantibus obſtat?
Heſperus Idaliæ Veneri gratiſſima ſtella,
Heſperus AURIACI fidos juncturus amores.
Regia flammeolum Virgo capit, induit auro
Diſcretas tenui veſtes, pallamque rigentem,
Et nitidos ſacro cingit diademate crines.
Egreditur tandem thalamo pudibunda, morantem
Ornatus croceo profert *Hymenæus* amictu,
Formoſæ *Veneri* ſimilem, caſtæve *Dianæ*:
Et fidibus miſtis, ſolito modulamine notos
Effundit cantus; cui lætior ore ſereno
Reſpondet *Juno*, ſacrataque fœdera ſancit.
Excipiunt plauſu Proceres, & gaudia læto
Teſtantur vultu: linguiſque animiſque faventes
Ad cælum trepidæ mittunt pia vota puellæ.
Ridet *Amor*, validiſque inflectens viribus arcum,
Mille Cupidineis infligit vulnera telis.
Talis erat cœtus *Thetidi* cum *Pelea* junxit
Ipſe Pater Divûm: Superi coiere frequentes
Spectatum tædas per *Theſſala* tecta jugales.
Macti ambo paribus meritis! par forma decuſque
Par virtus animorum, & Nobilitatis origo,
Regia progenies! ut jam procedere magni
Incipiunt menſes, ſic & nova gaudia ſurgant,
Auſpicibus Superis, & rerum lucidus ordo,
Candida de niveis ducentes ſtamina *Parcæ*
Velleribus, lætos concordi numine ſoles
Obſcura ſine nube extrema ad tempora donent.
Nec veſtram *Pylii* ſuperet longæva ſenectus
Neſtoris ætatem. Creſcat creſcentibus annis
Veſter amor, dubioque Deus diſcrimine ſervet,
Seu colat AURIACUS flamma meliore maritam,
Seu colat ANNA ſuum flamma meliore maritum.
Si quid habent (nec vana reor) mea carmina, veri
Si quid habent; decimum cum Luna accenderit orbem
Menſibus exactis, alter naſcetur Iulus,

Qui

OXONIENSIA.

Qui ſit Avo ſimilis, qui majeſtate ſerena
Ore AVIAM referat; qui, cum firmaverit ætas,
WILHELMI regis veſtigia ſacra ſecutus,
Se bello paret; & primis non degener annis,
Heroas ſuperet, quos felix *Anglia* jactat,
EDVARDUM, HENRICUMque, & NIGRI PRINCIPIS arma.

Georg. Upton
è Coll. Exon. Commenſ.

O Cura multi publica *Principis*,
Quis, ANNA, tandem ſollicita prece
Te dignus expugnavit *Heros*
Connubii meritus triumphum?
Arrecta votis Te repetit ſuam
Germana tellus; & dolet invida
BRUNSVICIAM ſtirpem *Britanno*
Imperio decus arrogari.
Felix! amœno cui bona riſeris
Vultu, jugalem cui dederis fidem!
Te magna Dos commendat, Oris
Virginei Pudor, & Parentum
Præclara Virtus, Stemmate Principum
Deducta longo, Te manus artifex
Rari laboris, ſive chordis
Dulce melos modulata captam
Suſpendat aurem; ſive coloribus
Mandata fidis prælia poſteris
Legenda ſeris, & triumphos
Pingat acu Hiſtorica, paternis
Penatibus dona. --- At muliebrium
Quid artium Laudes? Quid imaginum
Illuſtris Ordo contuenti
Eximiæ decora alta Mentis?
In Te videmus quo valet indoles
Nutrita fauſtis ſub penetralibus,
Mentem repoſcant ſeu ſecunda
Sæcla, vel aſperiora rectam:
Inſigne fulges Tu decus Aulici
Splendoris, hoſtis luxuriæ ſimul;
Tu conſili prudens Maritum
Expedies per amara curæ.

EPITHALAMIA

Hæ MATRIS artes! --- O vigeas pari
Fæcunda mater prole! placens Tuo
NASSOVIO regnes Mariti
Deliciæ populique fidi!

Edv. Worſely Soc. Comm.
è Coll. Oriel.

IMportuna aures feriunt dum murmura belli,
Armorumque fragor; quas fundit ab ore loquelas
Blandus *Amor*, mihi, *Muſa*, canas, & amabile carmen.
En! tandem NASSOVUS adeſt; jam deſine, Virgo,
Incuſare moras, faciles & poſcere ventos.
Optatum tibi ſume Virum, qui fortia jactat
Pectora, maturam juvenili in corpore mentem.
Te tamen ô quantis fractum, NASSOVE, periclis,
Ventorumque minis, dubiiſque erroribus actum,
Ingrati demum poſt invida tædia morbi,
Excipimus læti! talis ſors urget amantes;
Tantæ molis erat regalem ambire puellam.
Sic olim *Æneas* promiſſæ gaudia Sponſæ
Cum peteret, rapido ventorum turbine pulſus,
Italiæ gratas fugientis venit ad oras.
Ne, NASSOVE, tamen tantos te volvere caſus
Pæniteat, tali tandem conſorte laborum
Non nimis, ah chare per ſumma pericula parta.
En matura viro, plenis jam nubilis annis,
Sponſa datur, manifeſta auguſtæ inſignia gentis
Ore gerens; Quam præclaris virtutibus aptam,
Exemplum, CAROLINA, tuum ſuper omnia finxit.
Jam magis AURIACOS lætari cerno Penates:
Jam quos dulcis amor, repetitaque fœdera jungunt,
Æternam in pacem coeant BELGÆ, atque BRITANNI.
Hinc olim clari bello naſcentur, & armis;
Hinc illuſtre genus, Divi longo ordine ducti,
WILHELMOque pares Genitori, ANNÆque Parenti.

Gulielmus Pyſing A. B.
Ædis Chriſti Alumnus.

DIlectam *Veneri* purpureus facem
Optatus thalamis *Heſperus* extulit;
Prodit Virgo; decoro
Prodit pulchrior *Heſpero:*
Æqualis comitum ſubſequitur cohors;
Læto Sponſus adeſt cum Juvenum choro;
Lætis rite Puellæ
Reſpondent Juvenum modis.
Juvenes. Quid, Virgo, metuis? cur cupidum Tui
Dejectas lachrymis ſparſa genas times?
Vanos mitte timores,
Splendenteſque oculos leva.
Puellæ. Quid tantum properes? num Tibi languido
Subrepit ſubitus, Sponſe, ſopor? Torus
Maturatur; ocellos
Paulum ſomno hebetes leva.
Juvenes. Felix conjugio, Virgo! Tuum in ſinum
Mollem NASSOVIUM illuſtre genus venit,
Quo non clarius ullum
Nomen Fama canit vetus.
Puellæ. Felix conjugio, Sponſe! ita me male
Di perdant, *Veneri* ſi quid adhuc tuæ
Par, aut mane reſurgens
Sol, aut viderit occidens.
Juvenes. NASSAVUM patriorum æquat honoribus
Heroum AURIACI plurima ſanguinis
Virtus, atque tuendæ
Libertatis amor ferox.
Puellæ. Major fæminea laude amat arduas
Explorare vias ANNA Scientiæ,
Efformata capacem
Maternis animum artibus.
Juvenes. At nunc Vos aliò mollis *Amor* vocat;
Fauſtis ite avibus: mox date mutui
Charum pignus amoris
Spem magnæ Puerum domus.
Puellæ. Aut quæ jam referat parvula primulum,
Pulchellis oculis, ore venuſtulo,
Pulchros MATRIS ocellos,
Riſus MATRIS amabiles.

Rob. Lowth A. B.
Coll. Nov. Soc.

EPITHALAMIA

CUM *Britonum* AURIACUS nuper properaret ad oras,
Numine quo læſo miſcuit æquor Hyems?
Quæ Diva indignans Juveni meditata dolores
Tentavit Morbi quæ loca ſenta colunt?
Tune etiam hic, *Juno*, ſævis? æqualiter omnes
Exerces odiis queis *Venus* Alma favet?
Tam grave quid de Te meruit NASSAVIUS? Urbem
In *Tyriam* hoſtiles non tulit Ille rates.
In Te nil potuit certo committere tantum
ANNA, hominum pariter Deliciæque Deum.
Ergo age, pone iram, & pacto, ſine, fœdere, tecum
Diviſum Imperium *Cypria Diva* gerat.
Ne *Veneri* invideas, quod adhuc pulcherrima Virgo
Virgineo Comitem ſe dedit ANNA choro;
Nupta futura tuum Numen venerabitur, Aras
Et multa ad Veſtras hoſtia cæſa cadet:
Pronuba ſeu *Juno*, ſeu mox *Lucina* voceris,
Te Sibi propitiam ſentiat ANNA Deam.

Petrus Foulkes Ædis Chriſti Alumnus.

AUditur armorum undique dum fragor,
Dirus Tubarum dum ſonus indies
Clareſcit, & late ruinam
Heſperio minitatur orbi:
Britanna tellus, otia GEORGIO
Jubente, feſtos una agitat dies;
Secura, contingat feroces
Cui premere imperio *Polonos*:
Ex quo ſub umbris, *Hantonie*, tuis
Verſabat alto pectore REX PATER;
Cui fas Marito dulce Pignus
Credere; Quem thalamo beandum
Illuſtris ANNÆ, poſtulat *Anglici*
Fortuna ſceptri; Quid moneat vetus,
Semperque conſervanda gentis
Gloria, BRUNSUICIUMque nomen.
In his moranti ſe tulit obviam
Romana quondam Diva, *Britannica*
Nunc virgo, LIBERTAS, ſoluto
Omnia amans hilarare vultu:

Et,

Et, "O!" loquuta eſt, "Optime Finium
"Cuſtos meorum, cur nimium caves
"Felicitandæ mox Puellæ?
"Quidve tuis trepidas *Britannis*?
"Ferax virorum nobilium Domus,
"Noſtrique Vindex plus ſemel Imperi,
"Per longa NASSAVI refulſit
"Secula, degeneremque Prolem
"Neſcit creare. En! nunc Juveni inclyto
"Virtutis ut cognatæ Amor omnibus
"Ebullit in venis! ut ANNÆ
"Sponſus avet, properatque GEORGI
"Gener vocari! Quod ſi adeo colet
"Spe captus, O! quot percitus ignibus
"Ardeſcet, ora ut contueri
"Cœperit, ingenuoſque mores
"Haurire coram, ac vim colere arduam
"Mentis, Puellæ nunquam alias datam,
"Et Vera mirari, loquutam
"Magna licet, minuiſſe Famam!
"Cogant catervas, arma parent, quibus
"Cordi eſt, in ipſis ut penetralibus
"Vibrentur enſes, & cruore
"Heu! patrio ſaturentur arva.
"Quin Tu, corollas expediant, jube;
"Spargant odores: mox Ego *Copia*
"Stipante dulci, & *Pace* læta
"Ipſa adero, choreaſque ducam.

Chriſtopb. Golding Civil.
Coll. Nov. Soc.

UNde percellit mihi tantus aures
Ceu triumphantum Fremitus *Britannum*?
Quæve tam largo Populi celebrant
Gaudia Plauſu?
Fallor? an Nomen reſonant faventes
NASSAVI? --- quanquam heu! Patriæ ruentis
Vindicem dudum rapuit *Britannis*
Flebile Fatum. ---

EPITHALAMIA

At venit Princeps, venit en! WILHELMI
Æmulus! noſtros petit Hymenæos
NASSAVI clarum Genus, & *Batavæ*
Gloria gentis:
Præmium jactat Patruaque dignum
Et Sua Virtute Nepos ſuperſtes,
Quem tuum, GEORGI, Generum ſalutas,
ANNA Maritum.
ANNA, cui Formam *Venus* invideret,
Regiam *Saturnia* Dignitatem,
ANNA, cui large Ingenii profudit
Munera *Pallas*,
NASSAVI Conſors patiens vocari,
Sentit inſuetos Animo Calores;
Nec timet MATREM Patriæque dulces
Linquere Fines.
Vos, (O! utcunque omnigena ſuperbos
Merce,) vos, BELGÆ, pretioſiori,
Tota quam Claſſis revehit, *Britanni*
Munere donant;
Lucida hac Stella indociles carere,
(Gens licet dives *Venerum*,) occidentem
Suppleant ſi non placido *Sorores*
Sidere Lucem.

Rob. Downes
Coll. Magd. Semic.

CYpri Diva potens, adſis; & pronuba *Juno*;
Adſint & lætæ tecum, *Thymbræe*, *Camœnæ*,
Solennes accende faces, *Hymenæe*; parantur
Non tibi vulgares Thalami, prece Te vocat ardens
AURIACUS, facilemque in vincla jugalia poſcit.
Venit *Io*! venit vere NASSOVIA proles;
Agnoſco vultus, virtutem, animoſque paternos.
Quem non dira latens juvenili in corpore febris;
Quem non detinuit ſævi inclementia cœli;
At, venti ſecurus, iter per mille labores
Urgebat, fluctuſque inter pontumque minantem.
Quis tamen inſequitur luctus, juvenemque receptum
Invadit morbus, retrahitque amplexibus ANNÆ?
Cui tantum de Te licuit, NASSOVE, Deorum?

Egre-

Egregiam vero laudem, famamque feretis
Tu, Medicique tui, *Bathonia*; fonte perenni
Labere, & ANNA tuas præ cunctis accolet undas,
Quæ quondam charæ revocaſti fata Sororis
NASSAIDEMque ſuum nunc in Sponſalia mittis.
Caſtalius meritos amnis tibi reddat honores,
Et juncta tecum miſceri gaudeat urna.
Quin ades, O PRINCEPS, dudum penetralia poſcunt
Regia Te, thalamique manent conſortia; eunti
Diva *Salus* comitetur iter, comitentur *Amores*.
Quæ tibi pro reditu fundit ſuſpiria, quos non
Poſcit in auxilium Divos, votiſque laceſſit
Virgo tuis inhians donis? & dona viciſſim
Forſan grata parat, trepidi ſolatia luctus,
Pectine percurrens telas, chlamydemve ſuperbam
Fingit acu, invideat qualem *Tritonia Pallas*,
AURIACUM referentem auſus, claroſque triumphos;
Aut ſedet ad chordas, & mulcet carmine curam.
Veniſti tandem, PRINCEPS, vox publica clamat.
En! adſtat Virgo regali ſplendida palla
Amplexus captura tuos. Quæ gratia frontis!
Quantus in ore decor! talem ſe læta ferebat
Ad Templum CAROLINA, Tuo cum ceſſit amori, [*næos*.
REX BRITONUM, *Auſtriacos* pulchre ſpernens *Hyme-*
NOBILE PAR, Divi nobis modo vota ſecundent,
Vos eadem Fortuna manet, ſæclumque per omne
AURIACI ſtabit genus immortale, reciſam
Ætas nulla domum cernet, virtutis avitæ
Degenerem, aut famæ Patrum, cum Virgo labantis
Regia dignetur gentis ſarcire ruinas.

Tho. Kingſman A. B.
Ædis Chriſti Alumnus.

DUM vexat Orbem lugubris ultimum
Belli apparatus, dum ſedet arbitra
Fortuna regni, ſeu viciſſim
Tradere, ſeu removere ſceptrum
Placet jocanti; dum *Latii* ſinu
Jam caſtra fervent, & ſuperat nives
Jam *Gallus Alpinas*, (canenti
Arduum opus teneræ Camœnæ!)

EPITHALAMIA

Me blandiores ſolicitant modi,
Lyramque poſcunt; me juvat inclytam
Cantare flammam, me pudicos
Non humilis Thalami triumphos.
Tu prima, CONJUX REGIA, reſpice
Quæ dona præſtat Muſa libens, cape
Hoc mente vectigal benigna
Exiguum, tenuemque verſum.
Nam quale carmen, quis calor ingeni
Depingat aptis tanta coloribus,
Formamque vultus tam placentem,
Aut animam generoſiorem?
Quis non requirit *Brunſviciæ* Domus
Prolem venuſtam? aut quo ſuus extulit
Se terror Armorum, nec iiſdem
Tot Veneres celebrantur Oris?
Cœlo à remoto & ſedibus ultimis
Venere paſtum lumina Principes,
Minuſque mendacem fatentur
Vera ſemel ceciniſſe Famam.
Tibi ergo, *Princeps* Optime, gratulor,
Cui tale donum ſors tua deſtinat;
Hæc cuncta debemus *Britanni*
Jure atavum meritis tuorum.
Tu prima mecum reſpice ſæcula
Queis orta crevit tot quaſi paſſibus
Magnæ Domus antiqua virtus,
Et veteris monumenta Famæ.
Quis ille ---- Forti qui BATAVIS manu
Diu ingruentem depulit impetu
Vaſto procellam, qui ruinas
Per medias, ſpoliumque Lethi
Viam reclufit, nec timor Hoſtium
Manus rubentum ſanguine civico
Obſtruxit ardentem tueri,
Et patriæ populique jura?
Quis Ille ---- Rerum cum rota ceſſerit
Sublapſa retro, qui cito gloriam
Pervexit in majus labantem,
Et BATAVOS titulo ampliori

Gau-

Gaudere juſſit? Non humili tamen
Contenta virtus Auriacum ſtetit
  Tellure BELGARUM, atqui amica
    Res *Britonum* prope corruentes
Protexit Ala: Pura Fides ubi
Errore ab imo ſe tulit, & novo
  Honore *Libertas* refulſit,
    Dum regeret GULIELMUS orbem.
Hæc dum recordor, *Boyniacæ* ſubit
Imago pugnæ; nec taceam grave
  Vulnus receptum, dum ruebat
    Intrepide per acuta Belli
Invictus Heros: Hic mihi latior
Campus pateſcit, ---- Quin alius labor
  Plectrum requirit, gaudiumque
    Conjugii, placidumque fœdus.
At nunc honeſtam, nunc lachrymam dare
Ne ſit pudori, cum patris optimi
  Ploramus umbram heu! interempti
    Præcipiti nimium ruina!
Nec Te minorem pollicita eſt tua
Virtus vireſcens, nam teneram ſimul
  Diſtinxit ætatem capacis
    Vis animi & generoſus ignis.
A Lucis ortu conjicimus novo,
Qualis ſit exarſura meridies;
  A Flore qualis Fructus, annis
    A teneris quoque qualis ætas
Maturior: Tu, præcocis ingeni,
Creſcentis ævi non poteras moram
  Preferre longam; ſic quibuſdam
    Arboribus rubuiſſe prolem,
Et preſſa grato pondere brachia,
Inuſitato tempore cernimus,
  Cum cæteræ vix in virentem
    Induerint ſua membra Florem.
Tu literarum teſta recentior
Hauſiſti Odorem, Tu quoque ſanguinem
  Succumque ſcriptorum ſagaci
    Judicio ſtudioque calles.

EPITHALAMIA

Te blanda morum gratia, te lepos
Ornat loquentem, læta tibi crepant
Theatra plauſu, Te ſuperba
Dum recipit *Rhedycina* civem.
Oblitus an ſim, quæ Procerum cohors,
Quam vulgus ingens littoribus tuum
Optavit adventum, moramque
Increpuit, Zephyroſque tardos?
Sed Gaudiorum proh ſpatium breve!
Nondum alte adacti vulneris integre
Obducta plaga eſt; vix reſartam
Deterior ſubit ægritudo
Vexans ſalutem: ſed neque te ſinunt
Periclitari Numina te pium
Experta ſemper, teque cœlis
Perpetuo ſtudio placentem.
Nec Diis amicis ipſe fidelius
Pignus requiras, cum placido ſinum
Tam ſuavis amplexu replebit
Incola, tam generoſa Virgo.
Nunc maximorum gloria Principum
Conjuncta creſcet, veſtraque fœdera
Junctæque virtutes movebunt
Gentibus invidiam remotis;
Claſſis *Britannum* non alio modo
Unita BELGIS imperio maris
Potitur, & victricia audet
Per liquidum dare vela mundum.

W. Fletcher è Coll. Nov.

DUM male diviſos Bella inteſtina *Polonos*
Horrendum exagitant, conferto hinc Milite fervens
Gallia, & inde minax vultu *Germanus* ad arma
Aſſurgit, dubioque feruntur Marte *Boruſſi*;
Anglia tuta ſatis ſub Libertate triumphat,
Congreſſoſque ſerena procul circumſpicit Hoſtes;
Surgentes ſtudioſa tamen componere Motus,
Fœdera commendat Mundo, quibus Ipſa potitur;
Sepoſitis aliis paſſim nova Gaudia Curis
Percipit, & feſto celebrat Connubia plauſu.

Voti-

Votivas nectit *Rhedycina* haud immemor Oti
Myrtos, AURIACUMque æternat carmine Nomen.
Jamque auris urgente Dea *Cythereide* Navem,
Et monſtrante viam, BATAVO de Littore ſolvit
NASSAIDES, cupiduſque *Anglorum* allabitur Orbi.
Certatim Populus clamoribus æthera complet
Exultans; Procerumque manus gratatur eunti,
Admirata Virum, & divinos Frontis honores.
Quæ vires Animi affulgent, Moreſque benigni,
Largumque Ingenium! Quæ circum Gratia ocellos
Colludit, vegetuſque loquenti dulcia Splendor!
Aſpice, ut ardentem Proavorum maſcula Virtus
Heroa inſpirat! Tantum eſt minor Ille WILHELMO,
Quem toties *Galli* turmas victricibus armis
Obruere, & Populis dare jura rebellibus æquum
Vidimus, & placida componere Regna quiete.
At mira SPONSÆ vultus in Imagine pictos
Et veneres animo variatas mille revolvit;
Jamque moræ impatiens optata Palatia PRINCEPS
Ingreditur: longo qua fulgent ordine Nymphæ;
Quaque alias omnes *Junonis* Cura, *Britannumque*
ANNA Decus proprium ſupereminet. Illa decenti
Obſequio blande aſſurgens Heroa ſalutat,
Pulcra, modeſta genas, & tanti digna Mariti
Complexu, late divinos ſpirat Amores.
Qualis ubi *Æneam* formoſa *Lavinia* ſponſum,
Poſt fractos Belli fremitus, Pelagique procellas,
Admiſit gremio, Regnique in parte recepit.
Altius hic teneros ſentit NASSOVIUS ignes;
Conſpicit oblatam Speciem, ardeſcenſque tuendo
Hæret inexpletum, luſtratque hinc inde nitentes
Blanditias oris, Majeſtatemque pudicam;
Alliciunt illæ, timidum hæc caſtigat Amantem.
Sic cum diffuſum poſitis Mare ſplendeat undis,
Deſuper Aurora croceos ſpargente colores,
Miramur læti obtutu; pectuſque ſilenti
Attonitum Cultu Timor haud inamabilis implet.
PRINCIPIS interea flammas videt Illa, probatque,
Nequicquam celare ſuas ſub corde laborans:
Multa tamen dubitat ſuſpirans REGIA VIRGO,
Ut placitum poterit Genitoris linquere vultum,
Ut pavidæ amplexus Matris, patrioſque Penates,

Et Loca Nympharum caſtis celebrata choreis.
Illius at ſubito circum præcordia ludens
Dulcis *Amor*, tacitumque accendens molliter ignem,
Diſſipat has Animi curas, vanoſque timores;
AURIACI nunc grande Decus blanda indicat arte,
Virtuteſque Ducis, Famamque, & Gentis honorem,
Nunc ſenſim inſinuans promittit ſtemmate magno
Progeniem, &, Veneris generoſæ præmia, Natos.
ANNA rubens tandem mellito cedit Amori,
Et Thalamum & Tædas non averſata jugales
Annuit: Agnoſcunt *Superi* pactos Hymenæos,
Et Læti jungunt æterno Fœdere Dextras.

Gul. Bracebridge
è Coll. Magd. Semic.

Ad egregium Virum

HANS SLOANE

Equitem Auratum & Medicinæ Doctorem.

O Qui ſagaci Judicio febrim
Tumultuantem pectore temperas;
Atque incito pulſu micantem
Arte tua reprimis cruorem!
Cuſtos Salutis! cui Generum Pater,
Cui debet ANNÆ Gratia Conjugem,
Britannia Heroas futuros,
Speſque graves venientis ævi!
Te quis remotis tradere poſteris
Audebit olim, carmine nobili;
Mittetque virtutes in Ævum
AURIACI ſimul atque SLONI?
Vel forte vives marmore ſculptili; aut,
Quod delicato lumine permeas,
Tua inter Herois Triumphos
Facta leges memori Metallo.

At

At jam ſuperbum ſumito Barbiton,
Lyramque pulſes: quem medicamine
  Vitæ redonaſti, fideli
    Muſa iterum eripias ab Orco.
Æquare verſu grandia Tu potes;
Digneque *Phœbi* numine fervidus
  Illuſtre NASSOVI ſacrare
    Connubium, thalamoſque magnos.
Pingiſne amantem umbratilis Otii,
Curæque mollis pacificæ Togæ; aut
  Acri reluctantes in hoſtes
    Fretum animo, gladioque avito?
Sive enitentem corpore gratiam,
ANNÆ excubantes mollibus in Genis
  Cupidines, omneſque fuſas
    Ore refers veneres Parentis:
Seu fors recurrens claram ad Originem,
Regalibus par grande parentibus
  Majus ſalutas; jam daturum
    Progeniem generoſiorem.
Mihi ſat eſt, ut rura per avia
Errem elaborans florea munera:
  Nectamque vim omnem ſuav' olentum,
    Egregiæ nova ſerta Nymphæ.
Nec geſtientes cingere tempora
Fors Illa Myrtos aut Hederas vetet,
  Parvumve Vectigal ferentis
    Reſpuat officium *Camœnæ*:
Adjuncta ſaltem nobilis omnium
Turba Herbularum (queis vigor inſitus
  Morbo expedit NASSOVUM) honorem
    Conciliet pretiumque Dono.
Nec ſit pudori, inter Diademata,
Quæ mox parabit Gloria vertici,
  Quas Muſa profert, ſi benigno
    Lumine reſpiciat Corollas.

Edm. Warnford A. B.
Nov. Coll. Soc.

EPITHALAMIA

BEllantes paulum ſiſtas, *Gradive*, *Polonos*,
*Europam*que brevi compeſcas Pace frementem;
Jam Gladium, jam pone Haſtam, *Paphiæ*que receſſus
Pande *Deæ*, Tibi dum parvi famulentur *Amores*,
Sanguineam & tollant ſumma de caſſide plumam.
Nondum Enſes *Heros*, Galeamve aut Spicula curat,
Nondum dira petit dubii diſcrimina Belli,
Sed tacitas ſentit toto ſub pectore flammas
Serpere, & in cæcas furtim penetrare medullas
AURIACUS PRINCEPS, Miles modo factus Amori.
En! picta in Tabula Nuptæ videt Ora futuræ,
Promiſſa totuſque hæret defixus in ANNA!
Alma *Venus*, faveas; forſan NASSOVIUS olim
Sævire hinc poterit Patriæ *Mars* alter in Hoſtes:
Nec ſi conſurgat rurſum *Condeius*, & alter
Borbonius, ſævi aut rabies reprimenda *Philippi*
Atque *Alvæ* alterius, *Senonum*ve Exercitus omnis
Turbandus, Patriæ Virtutis degener Hæres
Surget, at in Bellis Animos agnoſcet avitos.
Sic prius & ſegnem tenuit *Lyrneſſis Achillem*,
Compoſuitque comas, & dextra luſit inermi,
Hectore quam cæſo perjuræ Mœnia *Trojæ*
Diruerat, raptæque *Helenæ* proceſſerat Ultor.
Jamque Pater pulchris ornat Connubia Donis
Rex *Britonum*: *Decus*, *Angliaco* plaudente *Senatu*,
Induit *Angliacum* Juvenis, dum Pectore fulget
Stella aurata, ardens, & multum ſplendida Gemmis
Promeritos Cruri nova *Faſcia* donat Honores.
Solvite jam, *Batavi*, ſubductam Littore Puppim,
Et pia laxatis date Vota ſequentia Velis;
Namque ubi ad *Angliacas* ſoſpes devenerit Oras,
Formoſam fortis ducet NASSOVIUS ANNAM.
Cur fruſtra incuſas Soles? longique videntur
Tardius ire Dies? Tibi, PRINCEPS maxime, Cœlo
Bruma tepet ſudo; Teque ad Connubia tutum
Æolus apportat, plene ſpirantibus *Euris*.
Oceanus tibi ſternit Aquas pacatus; & udo
Aſſurgens lecto *Thameſis* de flore Coronam
Regalem nectit, repetito Carmine cantans,
Formoſam fortis ducet NASSOVIUS ANNAM.

Ad-

Adventum vix Fama Viri dat Nuncia, Sponſæ
Quum ſtetit ante Oculos, feliciaque Oſcula junxit.
Sic linquens *Piſam* ad *Siculos Alpheus* Amores
Sub Mare demerſus properat; mox Oſcula raptim
Libare, & ſubitum felix *Arethuſa* Maritum
Agnoſcit, vixque ex Pelago ſibi credit adeſſe.
Erubuit Virgo; Matrem miratur at Ille
Formoſam ſimul, inde ſuæ magis Ora Puellæ
Agnoſcens auget Flammas, pactiſque *Hymenæis*
Totus dat Mentem. Generi jam Vota futuri
Auſpicio firmans fauſto Pater ipſe ſecundat.
O *Hymenæe*, veni! Nec Te Mora longa retardet,
Obſtiterit paulum Thalamis licet invida Febris,
Formoſam fortis ducet NASSOVIUS ANNAM.
Jam demus pia thura focis; Altaria fument;
Jam *Charites*, jam pulchra *Venus*, jam pronuba *Juno*
Adſint propitiæ, placidorumque agmen *Amorum*;
Tæda triumphalis jam ſplendeat undique. *Virgo*
Regia Conjugii placide ſocialia ſacri
Vincula, & Uxoris titulos & Jura capeſſens
*Angliacis Batavi*ſque dedit certiſſima Pacis
Fœdera perpetuæ, vinclo connexa jugali.
Proſpera ſint, *Superi*, Connubia tanta, Domuſque
Naſſovi poſthac longo cum ſtemmate creſcat
Progeniem mirata novam; namque Omine fauſto
Formoſam fortis duxit NASSOVIUS ANNAM.

Joh. LLoyd
è Coll. Di. Jo. Bapt. Schol.

WHile Joy ſincere, and Tranſports void of Art,
Sit on each gen'rous *Briton*'s glad'ned Heart,
While Faction's giddy Voice no more is heard,
And baniſh'd Diſcord is no longer fear'd;
A Muſe, the loweſt of the tunefull Train,
Inſpir'd by NASSAU's Fame, attempts a nobler Strain.
Long, NASSAU, were the Winds for thy Delay
Accus'd, and ev'ry God that rules the Sea;
We oft approach'd the Borders of the Main,
For proſp'rous Breezes oft We pray'd in vain;
At length our Pray'rs are heard, and Eaſtern Gales
Ariſe, and ſwell propitiouſly thy Sails;

And now our troubl'd Thoughts and Fears are o're;
Another WILLIAM viſits *Britain*'s Shore:
He comes, He comes, while Crowds with chearful Cries,
And with loud Shouts triumphant rend the Skies.
With eager Haſt He flies to ANNA's Arms,
ANNA to Him reſigns her heav'nly Charms;
ANNA, the publick Care, of Form divine,
In whom each Grace, and all the Virtues Join,
The lovely Image of bright CAROLINE.
Ye Pow'rs let them your choiceſt Bleſſings Share,
Still ſmile propitious on this Royal Pair;
And ſprung from them, let future Heroes ſhine,
Worthy the NASSAU and the BRUNSWICK Line.
May they the Pride of haughty Kings confound,
And daſh the Tyrant's Scepter to the Ground;
May they from Chains afflicted Nations free,
And o're the World ſpread *Engliſh* Liberty.
Such was Great WILLIAM, who by Heav'n's Command
From inſtant Ruin ſav'd BRITANNIA's Land;
Sunk were her Sons by arbitrary Sway,
To popiſh Rites and foreign Laws a Prey;
WILLIAM aſſerts our Cauſe, our Terrors ceaſe,
Stern Tyranny is fled, and all is Peace.
Immortal WILLIAM! 'tis to thee we owe
Thoſe num'rous Bleſſings which to *Britain* flow:
Now *Liberty* defends our happy Plains,
Peace ſpreads her ſilken Wings, and BRUNSWICK reigns;
Commerce revives, each Product is our own,
Beneath the riſing and the ſetting Sun;
Ours is the ſhining Ore that *India* yeilds,
And fragrant Spices of *Arabia*'s Fields.
Let meaner Nations prouder Structures raiſe,
Or by the Pencil's Labours purchaſe Praiſe,
To rugged Rocks expreſſive Features give,
And animated Marble teach to live,
With ſofter Airs the breathing Flute inſpire,
Or wake with more majeſtick Sounds the Lyre;
Vain uſeleſs Arts! But be it *Britain*'s Care,
To be belov'd in Peace, and fear'd in War:
At her Command ſee warring Nations ceaſe,
And bold contending Monarchs huſh'd in Peace.

OXONIENSIA.

Here ſtop my wand'ring Muſe; you ſtrive in vain
To paint *Britannia*'s Joys in BRUNSWICK's Reign:
And, mighty WILLIAM, whilſt I would rehearſe
Thy great, immortal Deeds in faithful Verſe,
I, from my firſt Deſign by Rapture led,
Neglect the living NASSAU for the dead.

James Evans Comm.
Jeſ. Coll.

DUM renovat docti pompam Rhedycina Theatri
Lætior, & reſides vocat ad Præludia Muſas;
Incerti, quid magnum inſtet, tentamine Vates
Explorant vario Citharam, captantque futuram
Materiem auguriis; an forte GEORGIUS alto
Intonet, & fractas gemat ambitioſa carinas
Heſperia; an *Lodoix* præceps in bella requirat,
Doctus iter melius, nullum niſi Pacis honorem,
Victrices fugiens *Aquilas*, & non ſua Regna.
Jam loca deſignat pugnis, jam prælia miſcet,
Jam *Britonum* certos meditatur Muſa triumphos
Approperans, *Siculum*que fretum, *Rhenu*ſque, *Padu*ſque,
Conſertas *Thameſina* ferunt ad littora palmas.
At non iſta movent *Rhedycinam* inſomnia *Matrem*,
Tollite cœpta, inſit, belli ſecludite curas,
Vatibus hoc opus eſt, hæc unica cura *Britannis*,
Libertas & *Amor*. — Noſtras en alter ad oras
AURIACUS tendens regni diademate donum
Charius expoſcit; ſcanditque en regia Virgo
Majores ſolio thalamos, dum ſceptra recuſans
Finitimis præfert, quotquot petiere, Tyrannis
Heroem populo natum dare jura volenti.
Nempe ANNAM accendit maternæ laudis Imago,
Nec fruſtra CAROLINA ſuas impertiit artes,
Et patrio implevit generoſum pectus Honeſto.
Felices! quos jungit Amor, Fortuna *Britanni*
Nominis, & *Batavi* jungit, quorum omnia pactis
Humani generis lætantur jura Hymenæis.
Felices! magno GULIELMI munere dignum
BELGIA Te ſentit munus; ſi forte requirat
Denuo NASSOVIUM concuſſa *Europa Statorem*,
Tu GULIELMUS eris, jam nunc aſſueſce, daturus

EPITHALAMIA

Gratum opus *Iſiacis* per ſæcula longa Camænis.
Sæpe O talis Hymen, *Britonum* communia vota,
Talis Hymen redeas, reſonent, mea turba, Poetæ,
Auguſtam æternans felice propagine ſtirpem;
Arma canant alii, noſtræ genialia Muſæ
Fœdera, nec magnos malint celebrare Triumphos.
Sic deſueta diu ſenior repetebat *Apelles*
Artificis dextræ dum tentamenta, colores
Et nondum viva dubii fulſere Tabella;
Præcepit formas operi ſuſpenſa futuras
Græcia, ſeu veteres torva minitentur ab umbra
Heroes, fictis aut *Mars* adamantinus Armis,
Jupiter aut alium nutu quaſſaret Olympum;
At quando *Venerem*, quando conſpexit *Amorem*,
Heroas nollet veteres, *Martem*ve, *Jovem*ve.

Johannes Pateſhall
è Coll. Pemb. Comm.

D*Elius*, tandem facilis bonuſque
Angliæ votis, celebrare donat
Lumen optatum, face nuptiali &
Principe dignum
CÆSARE. O Proles generoſa Stirpis
Inclytæ fama! Genus ô Deorum!
Quanta NASSAVIS Ataviſque tantis
Anglia debet!
Facta & auguſti Pietas WILHELMI
Suſcitent Muſam; nec Amor MARIÆ
Carmine indictus gelidis ſeneſcat
Obrutus umbris.
Quanta ſe pandit nova ſcena Pompæ!
Sponſus auratos rutilans amictus
Prodit, effuſis ſequitur Puellis
REGIA VIRGO:
Fabulæ jactent *Venerem* Deorum,
ANNA præcellit *Veneri* Deorum,
Et tuam vincit nova Nupta formam,
Pulchra *Diana*.

Jactet

Jactet & *Phœbus* genii vigorem,
Eſt Tibi *Phœbum*, bone Dux, præire
Artibus, tanto ſuperaſque, quanto
ANNA nitore
Cæteris præſtat. ---- Properent *Amores*
Et ſub alarum tueantur umbris,
Ne quid infauſtum Thalami jugalis
Sacra profanet.
Annuat veſtris *Cytheræa* votis,
Comprecor, Proles animoſa ſurgat,
Gloria effulgens Patris, ac avitæ
Æmula famæ!
Sic Tui cum tranſierint Dies, &
Triſtis extremum videas (quod abſit
O diu!) magnos poteris WILHELMI
Viſere manes:
Cumque felices ſpatiaris agros,
Sis BATAVÆ, fis memor *Anglicanæ*
Gentis, & fælix utriuſque Sydus
Annue votis.

Ricardus Morgan
Coll. Linc. Soc. Comm.

AURIACUS BATAVIS Princeps feſtinat ab oris,
Impatienſque moræ per mare carpit iter.
*Eurum Auſtrum*que vocat; favet *Eurus* & *Auſter* Amanti:
Tarda ſed eſt alis omnibus aura Proco.
Mox Nymphæ aſpectu potitur, potiturque ruina;
Halitus extremus vix ſuper ora tremit.
Accurrunt Medici, jactat quos utraque tellus,
Nil proſunt artes, nil Medicina valet.
Irrita regalis ridens conamina Virgo
Inquit, "Sola dedi vulnus, opemque dabo.

Joh. Young
è Coll. Linc. Comm.

EPITHALAMIA

ARtis medendi, carminis & ſacri
Inſignis AUCTOR, *Pierio* jugo
Deſcende, votivis & aurem
Da facilem precibus Camænæ.
Serves WILHELMUM jam nimium diu
Ardore febris corpore languidum,
Serves, & Heroi vigorem
Magnanimo ſolitum reponas.
Quæ cauſa morbi? quis calor occupat,
Uritque venas? an nocuus vapor
Pulmone commiſcet ſe, & ictus
Purpurei accelerat liquoris;
An vultus ANNÆ his conficit ignibus?
Illam ut videbat proh! gelidus tremor
Serpſit per artus, & *Cupido*
Ipſe ſubit penitus medullas.
Quo fonte ſævum cunque fluat malum;
Noris medendi Tu ſapiens modos,
Et luctuoſas à propinquo
Sæpe animas revocare fato.
Divina quid non efficiat manus?
Soſpes cubili ſurgit ab aureo
WILHELMUS, & jam deſtinatam
Connubio ſibi poſcit ANNAM.
En qualis Heros! quali ab origine
Nomenque ducit, ſtemmaque Regium!
Quis non recenſens obſtupeſcit
Et Proavos, Atavoſque magnos?
Haud major olim *Dardanidum* Duci
Surrexit ordo Marte potentium,
Amœna cum prata inter errans
Fabricios Decioſque vidit.
Martem excientem quem tueor Virum?
O Qui *Britannis* ducere liberam
Vitam dediſti, Te jubente
Fana Deos habuere rectos.
Te, dum ſacratas ſcanderit integer
Aras, Sacerdos; Te generoſior
Pubes in armis; ſoſpitalem
Te Populus Genium invocabit.

Bri-

Britanna quantum Gens Tibi debeat,
Et *Moſa* teſtis ſanguine turgida,
Et *Boyna* devolvens virorum
Arma ſimul, laceroſque truncos.
Ut Flamma vindex hoſtibus ingruit!
En! ut minaces contudit impetus
Galli tumentis, dum cruento
Sternit Equos, Equiteſque ferro!
Confiſus Idem Diis Patriis ruit
Denſas in haſtas non timidus mori;
Per Arma, per fluctus, per ignes
Egregios repetit Triumphos.
Sed Ille tandem (proh dolor) Imperi
Tutamen ingens occidit, occidit!
Hos, Muſa, fletus ne cie, nec
NASSOVIUM doleas ademptum.
En alter Heros! AURIACUM decus!
O magne PRINCEPS, ſume ſuperbiam
Factiſque præclaris Avorum,
Et propriis meritis paratam.
Jam nunc ad aras Regia Te manet
Virgo, micanti ſidere pulchrior;
Parentis en! Virgo utriuſque
Dotibus æthereis refulgens!
Io *Britanni*, dicite Nuptias
Fauſte peractas, dicite commoda,
Quæ hoc fonte derivata manant
In Patriam Populoſque feros.
His orta Proles magna Parentibus
Intaminatam rite tuebitur
Fidem, retundetque invocantem
Ficta Deum ſimulachra *Romam*.
Olim Cohortes AURIACO Duce
Rurſum gerentes bella videbimus,
Muroſque diruptos *Namurcæ*
Celtiaco madidos cruore.

Tho. Chowne Sup. Ord. Com.
& Coll. Reg.

EPITHALAMIA

QUis procul auditur plauſus? Quid terra repente
Vernat, & inſolito *Phœbus* ſe lumine veſtit?
NASSOVIO ditata ratis, pretioſior *Argo*,
Viſura Angliadas, Eoum navigat æquor:
Vela intendit *Amor*, faciliſque inſervit Amori
Æolus: Arrident ſpecioſis undique conchis
Littora, proſequiturque ratem genus omne natantum,
Hoſpite *Cæſareo* exultans: Chorus, omina Pacis,
Alcyonum agglomerans lætis circumſonat alis:
Dulcia nequicquam modulatur carmina *Syren*;
Carmina ſpernit Amans, fucata nec ulla voluptas
Tardat, dum purus parat intemerata *Cupido*
Gaudia, & invitat potioribus ANNA triumphis.
Adſis, NASSAIDES, Batavæ ſpes altera gentis,
Relliquiæ AURIACUM illuſtres, Placideque reſurgant
Ante oculos *Britonum*, Te viſo, digna ruina
Papicolum, & Virtus, victriciaque arma WILHELMI.
Adſis ô, Sponſæque optantis corde timores
Dimoveas, ſua cui ſuſpiria murmura fingunt
Ventorum; (Quæ non fingunt ſibi ſomnia Amantes?)
Illa pavet, quoties inimicus ſibilat Auſter,
Effingitque in mente, Tuæ ſtudioſa ſalutis,
Syrteſque & ſcopulos maris, informeſque Chimæras.
En! fruitur portu AURIACUS, ſoſpeſque *Britannos*
Exhilarat: Cava ſaxa iterant plaudentia circum
Clamorem. Pueris matres memorabile nomen
NASSOVII aſſidue referunt. Quæ gaudia Vulgi!
Quantus Amor Patrum, Primatumque ordine longo
AURIACUM ſtipat! Redolentia compita ſpirant
Flores, & pennis plaudunt ſuper agmina *Amorum*.
Quid loquar? Incaſſum Quid Muſa aſſurgit in auſus
Tantos? Nympha venit, venit ô, cui munera formæ
Invidet Ipſa *Venus*; Quam ſplendens fulgur ocellis
Emicat! Ut graditur Dea majeſtate verenda!
AURIACUS videt, & *Veneres* impenſius ardet
Viſas, quæ pictæ poterant accendere Amorem.
Jam ſacra Templa novat ſertis, lætuſque *Cupido*
Geſtit NASSOVII caput inſignire corona
Myrteola; Et ridet ſudi clementia Cœli:
Prata repubeſcunt, hybernæ oblita pruinæ,
Et picti redolent inſuetis floribus horti:

Omnia

OXONIENSIA.

Omnia lætitiam ſpirant, dum jungere veſtras
Gaudet feſtus Hymen dextras, PAR NOBILE Amantûm!
Quorum corda diu Virtus, Naturaque junxit,
Et genus æque illuſtre, & mutuus ardor Amoris.
Ceu ſi forte duæ, parili Splendore nitentes,
Occurrere faces, radios mox utraque miſcet,
Et magis intenſæ commiſta Luce coruſcant.

Ric. Willis
Coll. Magd. Semicom.

TO THE

PRINCE

OF

ORANGE.

I.

BEhold! Indulgent Heav'n has heard our Pray'r,
Hymen has now th' Important Lovers join'd,
His grateful Yoke hath link't the choſen Pair,
Their Hearts as cloſely, as their Hands, combin'd;
Now, PRINCE, no more thy Rig'rous Fate upbraid;
The Dangers of the ſtormy Main,
The Fever's agonizing Pain,
Are thus at once, with ample Int'reſt, paid.

II.

With other Meaſures now thy Pulſe ſhall beat,
With other Fires thy gen'rous Breaſt ſhall glow;
Love ſhall inform it with his genial Heat,
And Extaſies inſtead of Pangs beſtow.
Thy Health ſhall ſtand confirm'd by ANNA's Charms;
For who can ſicken, plac'd ſo nigh
The Cordial Influence of her Eye,
Wrap't in the Healing Circle of her Arms?

III

Nor yet, O PRINCE, hath frugal Heav'n confin'd
Thy Fair One's Beauties only to the Face;
Look farther, Thou wil't ſee th' Incloſed Mind,
No ways Inferiour to the ſhining Caſe;
Though here her higheſt Finiſhing is ſeen,
And Nature ſeems t' have drain'd her Store,
Yet ſtill She hath expended more
On the rich coſtly Furniture within.

IV.

Say then, O PRINCE, of Heav'n what Gift beſide
Haſt Thou to ask? but that Thou ſoon may'ſt ſee
This Fair Orig'nal, thy Freſh-blooming Bride,
Tranſcrib'd in her Delightful Progeny.
What Joys will then each growing Day diſpenſe!
Whilſt from their unform'd Tongues You hear
Fragments of Words, and mark with Care
The gradual Op'ning of their Infant Senſe.

V.

Then early may that wiſh'd-for day appear,
Which firſt ſhall grace Thee with a Father's Name,
And Heav'n continue, each revolving Year,
With equal Fruitfulneſs to bleſs thy Flame.
Nor think, O PRINCE, in this, our earneſt Care
Is only for Thy Happineſs;
No; with all Freedom we Confeſs,
'Tis her own Int'reſt forms *Britannia*'s Pray'r.

VI.

For of each Son, produc'd from ſuch a Bride,
What may not be preſag'd? --- Already ſee
By Them all wrongs aveng'd, low humbled Pride
Throughout the World, and glad Felicity:
(Such will They be, and ſuch thoſe Halcyon Days
To come!) For nothing is too high
To hope from ſuch a Progeny,
And Heroes, Rivals of Great WILLIAM's Praiſe.

John Moriſon
Com. of Univ. Coll.

OXONIENSIA.

QUis Clamor Aures, quis Fremitus ferit?
Plaudentium quæ Gaudia Civium?
Cui vividis Ignes refulgent,
Cui crepitant radiantque Flammis?
Adeſt vocatus jam Prece regia,
Adeſt ſecundis Ominibus Deus!
Tædis nec inſuetus reviſit
Angliacas Hymenæus Oras!
Aſſurge, noſtris ſi Precibus favens
Unquam fuiſti, Muſa Lyræ potens,
Voſque O quibus Curæ eſt, adeſte,
Conjugii ſociale Fœdus.
Deſcendat altis Culminibus Dea,
Linquens paternas Alma *Venus* Domos;
Provecta deſcendat per Auras
Æthereas properante Curru.
Dulcis *Diones* blandus *Amor* Puer
Adſit Sagittas in Pharetra gerens
Non Felle tinctas, & Parenti
Hæreat officioſus almæ.
En ſuave Princeps Imperium ſubit,
NASSOVII de Sanguine nobilis,
NASSOVII præſignis Armis!
Concilio pariter ſagacis!
Quin & decori Corporis æmulam
Riſu ſalutans accipe ſub Jugo
Nympham, Dea, acceptæque Amorem
Uſque Puer tuus adminiſtret.
Hymen, ſecundo Lumine præſide,
Claraque tali Connubio Face,
Odora præcinctus Coronis
Tempora florigeris venito.
Hæc noſtra vovit Muſa rudis, ſua
Haud voce ſperans flectere, ſed dabunt
Virtutibus tantis, meis quod
Carminibus Superi recuſant.

Philippus Craig
è Coll. Linc. Socio-Comm.

EPITHALAMIA

O Fons, medendi munere nobilis,
Cui vim ſalubrem *Phœbus* amicior
Indulſit, & Lymphis fugacem
Pæoniis retinere vitam;
Dum Tu miniſtras pocula, rarius
Parcæ triumphant; Te medicabiles
Præbente ſuccos, otioſi
Cymba redit levior *Charontis:*
Gens læta per Te ſenſit AMELIAM
Orco negatam non ſatiabili;
Sentit redonatum BATAVIS
AURIACUM, pretiumque doni
Fatetur; undas qui ſimul ac Tuas
Haurire cæpit, rurſus *Hymen* ſacros
Accendit ignes, & recondit
Funeream *Libitina* tædam:
Adſit, perito pollice lilium
Quæ nectat ANNÆ cum brevibus roſis
Pimplæa dulcis, quæ perennem
AURIACO properet coronam.
Nec Te ſilebit *Pieridum* Chorus
Inter triumphos; Tu quoque Fontium
Dicere Muſis chariorum,
Poſthabitis *Heliconis* undis.

Henricus Yonge
Ædis Chriſti Alumnus.

Ad *PRINCIPISSAM.*

TE Lyra Te, VIRGO, Lyræ potentem
Geſtit imbellis celebrare Muſa:
Tu favens dignum Face nuptiali
Præcipe carmen,
Quale concordes animas duorum
Conſonas uno referat tenore,
Gratias ſpirans, & honeſta caſti
Munera amoris;
Diſſonus ſtridor querimoniarum
Abſit: & gaudens Tua tota dici
Rite ſolennes numeroſa claudat
Muſica plauſus.

Si

Si quid infauſti violenta Febris
Miſcuit dudum, duplicem miniſtrat
Gaudii cauſam Dolor hic, ſalubri
Merſus in unda.
PRINCIPIS vultus modo, Veris inſtar,
Lætus affulſit Populo, vel ipſis
Auctior damnis; teneroque ſolvit
Corda timore. ---
-- Macte, Felices ter & amplius, quos
Copula irrupto ſatis arcta nexu
Mente conjunctos tenet, atque dulci
Compede vinctos.
O Pater, caſtum tueare limen;
Belgicos læto volitet per agros
Fauſtitas curru, ſubeatque nulla
Cura Penates.
Sis, precor, felix, ubicunque vivis,
ANNA amans Sponſi, redamata Sponſo;
Sic voluptatum variuſque, & idem
Ordo recurrat:
Sic Salus vultu roſeo, Pudorque
Blandus æternos pariant amores,
Et Fidem, quæ non citius ſuprema
Solvitur hora.

T. Winder è C. C. C. A. B.

To his Serene Highneſs the PRINCE *of* Orange *on paſſing thro'* Oxford *in his Return from* Bath.

AT length, in Pity to a Nation's Pray'r
Thou liv'ſt, O NASSAU, Providence's Care!
Life's Sun, which lately with a dubious Ray
Gave the laſt Gleams of a ſhort glorious Day,
Again with more than Noon-tide Luſtre burns;
The *Dial* brightens, and the *Line* returns.
Some Guardian-Pow'r, who o'er thy Fate preſides,
Whoſe Eye unerring *Albion*'s Welfare guides,
Taught yonder Streams with new felt Force to flow;
And bad th' exalted Minerals doubly glow.
Thus cold and motionleſs *Bethesda* ſtood,
Till Heavenly Influence brooded o'er the Flood.

EPITHALAMIA

Lo, while our Iſle with one loud *Pæan* rings,
Equal, tho' ſilent Homage *Iſis* brings;
(*Iſis* whoſe Erring on the modeſt Side
Th' unkind and ign'rant have miſtook for Pride)
Hers is the Task of Reaſon, not of Art,
Words of the Mind, and Actions of the Heart!
And ſure that unbought Praiſe which Learning brings
Outweighs the vaſt Acclaim that deafens Kings.
For Souls ſupremely ſenſible and great
See thro' the Farce of Noiſe and Pomp of State;
Mark when the Fools huzza, or Wiſe rejoice,
And judge exactly between Sound and Voice.
Hail and proceed! be Arts like ours thy Care,
Nor ſlight thoſe Laurels thou wert born to wear;
Adorn and emulate thy glorious Line,
Take thy Forefathers Worth and give them thine.
Bleſt with each Gift that human Hearts can move,
In Science bleſt, but doubly bleſt in Love.
Pow'r, Beauty, Virtue, dignify thy Choice,
Each publick Suffrage, and each private Voice.

W. Harte A. M. of S. Mary Hall.

MVSEVM
BRITAN
NICVM